ELEMENTA
EVCLIDIS

ELEMENTORVM EVCLIDIS LIBRI XV

AD GRAECI CONTEXTVS FIDEM RECENSITI

ET AD VSVM TIRONVM ACCOMMODATI

LIPSIAE

SVMTV IO. FRIDER. GLEDITSCHII

MDCCXXXXIII.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO

CHRIST. GOTTLIEB DE HOLZENDORF

DYNASTAE IN BAERENSTEIN OBER-
ET NIEDER-LICHTENAV ETC.

REGI POLON. ET ELECT. SAX.
AB INTIMIORIBVS CONSILIIS ECCLE-
SIASTICI SENATVS PRAESIDI CVBI-
CVLI REGII COMITI ETC.

ILLVSTRISSIME
DOMINE

Quum in eorum quam maximo numero, qui vel virtutum TVARVM splendore percussi TE admirantur, vel singulari TVA humanitate & benignitate capti TE diligunt & venerantur, nemo sit, cui ego in TE admirando venerandoque concedam: dudum exoptaui aliquam occasionem, quo erga TE animo

 sim

sim affectus, publice profitendi. Equidem non ignoro, me eum non esse, qui par sit magnis TVIS virtutibus laudandis, vel ex cuius iudicio ad TVAE gloriae amplitudinem aliquid accedere possit, quod si posset a me fieri, nihil foret, in quo efficiendo omne meum ingenium, studium, diligentiam lubentius collocarem. Sed ita fere natura est comparatum, vt animus magnarum virtutum admiratione impletus cum alios quam plurimos testes velit habere, tum eum maxime, cuius admiratione est occupatus. Quare, etsi diu animo dubius pependi, mitteremne ad TE, DOMINE, hoc Eu-

clideum

clideum opus, curis meis ad vsum tironum vtcunque accommodatum, quippe quod longe infra TVAM dignitatem, neque TVA persona satis dignum videbatur, non potui tamen a me impetrare, vt hanc dudum exoptatam occasionem dimitterem, summae admirationis & venerationis, qua TE colo, & quam TIBI verbis coram satis declarare pudor meus non sinit, publicum nunc edendi monumentum. Confirmabat deinde animum meum hoc, quod bene intelligebam, si quo illustri nomine haec mea Euclidis editio esset inscribenda, non aliud potius, quam TVVM, mihi deligen-

 dum

dum esse. Namque quum TVAE sapientiae demandata sit huius Academiae cura, in qua per aliquot annos mathemata priuatim docui: officii mei partem putabam, TIBI vitae meae academicae reddere rationem, oculisque TVIS meorum studiorum specimen aliquod subiicere. Quae quum ita sint, audeo, ILLVSTRISSIME DOMINE, TIBI hunc libellum ea qua par est reuerentia dicare, TE que maximopere rogo, vt eum, siue tanquam addictissimi TIBI animi mei tesseram, siue tanquam officiorum meorum pignus, serena fronte excipere digneris. Tanta est TVA humani-

manitas, & in omnes, qui TE adeunt, facilitas, vt animo plane confidam, hisce meis precibus a TE locum relictum iri; in quo etiam, vt spero, me adiuuabit ipsum nomen Euclidis, qui parens eius scientiae recte putatur, quam quanti TV facias, cum illud declarat, quod eximiae spei Filium ea in primis erudiri voluisti, tum quod nuper in morte Hausenii nostri, excellentis Geometrae, magnam iacturam factam esse iudicasti. Ceterum & illud TE vehementer rogo, vt me meaque omnia TVO fauore & patrocinio complectare, & ita de me existimes, me semper tantam operam daturum esse, vt

ne

ne TVO patrocinio videar indignus, quanto animi ardore, vt TIBI longae iucundaeque vitae felicitas, TVIS que eximiis virtutibus largissima remuneratio contingat, a Deo immortali expeto.

ILLVSTRISSIMI TVI
NOMINIS

Scribeb. Lipsiae
XXIII Septembr.
cIↄ Iↄcc xxxxIII

addictus deditusque

Georg. Frider. Baermannus.

EDITORIS PRAEFATIO

Euclidis Elementa omnibus, quotquot ad mathesin discendam animum appellunt, non legenda solum, sed & fere tota ediscenda esse, communis olim fuit magistrorum huius artis sententia, & hac nostra etiam aetate, in qua tanta Elementorum Geometriae copia instructi dicam an obruti sumus, omnes mecum confitebuntur, qui in Euclideorum Elementorum lectione ea qua par est diligentia sunt versati. Neque hoc tam suscepti operis amore, quam idoneis rationibus inductus iudico, quibus exponendis & his id persuadere possem, qui haec Elementa nondum lege-

legerunt, & eorum quoque criminationibus occurrere, qui, quum Euclidis hos libros ſiue carptim ſiue certe oſcitanter legerint, deinceps neſcio quem commodiorem in tradendis propoſitionibus ordinem, quam faciliorem & beuiorem in demonſtrationibus viam iure deſiderare poſſe ſibi videntur. Verum quia horum argumentorum longior foret tractatio, quam praefandi breuitas patitur: vnam tantum rationem commemoraſſe ſufficiet, ob quam horum Elementorum lectio tironibus non vtilis ſolum ſed & neceſſaria eſt dicenda. Scilicet omnes, qui poſt Euclidis tempora aliquid in Geometria ſublimiori, vel in Mechanica, Optica aut Aſtronomia a ſe inuentum litteris prodiderunt, quemadmodum demonſtrationum ſuarum plurimas ex iis duxerunt, quae in his Elementis ab Euclide ſunt oſtenſa, ita & ſaepe ad eorum tanquam fontes lectores amandarunt. Cuius rei quae ſint rationes, intel-

intellectu non eſt difficile. Namque veteres Geometrae alium Auctorem citare non poterant: quum multis poſt Euclidem ſeculis nemo fuiſſet, qui tanta arte detextam Euclidis telam retexere, & ſub noua quadam forma tironum oculis ſiſtere voluiſſet. Ii vero, qui noſtrae aetati propiores fuerunt, his tantum exceptis, qui ipſi vniuerſae matheſeos elementa conſcripſerunt, ad alium elementorum Geometriae ſcriptorem lectores ſuos commode non potuerunt ablegare, cum alias ob cauſſas, tum ob hanc potiſſimum, quod nullius Auctoris elementa Geometriae aeque vulgata ſunt, atque haec Euclidea, quae in omnes terrarum regiones, ſimul ac ad eas Geometria acceſſit, perlata eſſe conſtat, & ex quibus tanquam fontibus ceteri riuulos ſuos deduxerunt. Quae cauſſa, ſicut pleroſque recentiorum Mathematicorum impuliſſe videtur, vt Euclidea Elementa, vbi opus erat, in demonſtrationibus

tionibus ſuis citarent, ita & eos, opinor, qui poſthac ſcribent, commouebit, certe commouere debet, vt hunc veterum morem ſequantur. Quum ergo ad tot tam admirabilia excellentiſſimorum ingeniorum inuenta aditus iis ſit praecluſus, qui Euclidis Elementis ſunt deſtituti, vel eorum lectionem negligunt: neminem fore confido, qui non intelligat, quam ſit neceſſarium matheſeos amatoribus, vt in Euclidea ſchola tirocinium ponant.

Quae quum ita ſint, communi vtilitati me aliquo modo conſulere poſſe putabam, ſi hosce Euclideos libros, quorum exemplaria in noſtris bibliopoliis inde ab aliquot annis deſiderabantur, denuo edendos curarem. Vt autem haec noua editio quam plurimorum vſibus inſeruire poſſet: operam mihi dandam eſſe intelligebam, vt talia exemplaria ederentur, quae neque mole ſua neque pretio emtores deter-

deterrerent. Quare quum ea horum Elementorum editio, quam eximius, dum viueret, Geometra, Isaacus Barrowius, iuuenis olim Cantabrigiae parauerat, breuitate ita se commendasset, vt & in Germania typis quondam recusa, & plurimorum manibus huc vsque trita esset: in animum inducebam, huius editionis aliquod exemplar typis iterum describendum dare. Sed postea mutaui consilium, quum perpenderem, huic quamuis elegantissimae editioni inesse tamen aliquid, quod aliquos lectores offendere meminerim, & quod editioni aliqua saltim ex parte meliori locum relinquat. Scilicet qui Barrowianam Euclidis editionem cum Graecis codicibus contulerunt, non ignorant, in ea multarum propositionum demonstrationes immutatas, nonnullarum quoque omnino sublatas esse, aliis, quas Graecus Euclides non habet, in earum locum substitutis. Quod quanquam apud multos Lectores facile excusatur breuitatis studio: sunt tamen harum rerum intelligentes, qui id factum non esse mallent. Dicunt enim primo, difficillimum esse, Euclideis demonstrationibus alias substituere, quae, quum breuiores sint, genio horum Elementorum, & purae simplicitati huius Geometriae aeque conueniant; idque ipsum illum celeberrimum Euclidis editorem suo exemplo docuisse in demonstrationibus, quas plurimis Libri II. propositionibus adiunxit. Deinde negant, illum, qui se Euclidem edere profiteatur, munere suo rite fungi, si lectoribus alia tradat, quam quae ipsi legerent, si Graecis codicibus vterentur. Quae, quum non exiguam veri speciem habere mihi viderentur; neque ego in tanti viri opere aliquid immutare auderem: statui, de noua prorsus editione Latina Euclidis paranda mihi cogitandum esse, quae Graeci textus demonstrationes satis fideliter exhi-

exhiberet, in ceteris vero Barrowianam breuitatem, quantum eius fieri posset, imitaretur.

Sumta itaque in manus praestantissima Operum Euclidis editione, quae cura doctissimi viri, Dauidis Gregorii, Oxoniae prodiit, ex ea textum Latinum definitionum & propositionum descripsi ad verbum, paucissimis * exceptis, in quibus siue sensus siue Graecus contextus aliquam mutationem postulabat. Deinde perlecta vniuscuiusque propositionis demonstratione, eam sic reddere studui, vt, seruato eodem ordine, quo Euclides syllogismorum seriem instruxerat, totam tamen demonstrationem in arctius quasi spatium cogerem. Hoc autem quatuor potissimum modis efficere volui, quibus & Isaacum Barrowium vsum esse videbam. Nam primo ἔκθεσιν, quam Eucli-

* Sunt illae prop. 7. L. I. prop. 28. L. VI. prop. 10. L. VIII. & prop. 26. L. XI.

Euclides ſingulis propoſitionibus ſubiungit, & in qua quidquid in propoſitionibus vniuerſaliter enunciatum fuit ad ſingulares ſchematum appoſitorum lineas applicat, ipſis propoſitionibus incluſi, ita tamen, vt ne ἔκθεσις cum propoſitione commiſceretur, ſed vt quaeque propoſitio abſolutum ſenſum haberet, etiam ſi inter legendum litterae illae maiuſculae, quae ad ſchema referuntur, & ἔκθεσιν continent, omitterentur. Quod ita fieri in propoſitionibus mathematicis, ſaltim ſi tironibus ſcribatur, conſultum eſſe exiſtimo, propterea quod propoſitiones ipſae memoriae mandandae ſunt, non autem earum ἐκθέσεις, quippe quae ſolis demonſtrationibus inſeruiunt. Secundo, ſyllogiſmorum maiores, quas vocant, propoſitiones, quae in omni demonſtratione ex ſuperioribus ſumuntur, & quas Euclides ſolet totidem verbis plerumque repetere, omiſi, indicaui tamen per numeros, alphabeti

beti Graeci litteris in margine adſcriptos, ea loca, in quibus eas, ſi ſponte non ſuccurrant, lector euoluere poteſt. * Tertio pro quibusdam verbis notas illas adhibui, quae apud Mathematicos dudum vſu receptae ſunt. Habent autem harum notarum pleraeque non hunc ſolum vſum, vt tanquam ſcripturae compendia textum breuiorem reddant, ſed &, ſi quis iis ſemel adſueuerit, quod fieri poteſt facillime, menti in cogitando non exiguo ſunt adiumento, quia quantitatum, de quibus cogitandum eſt, mutuam relationem citius longe & diſtinctius, quam litterae vel vocabula, animo intuendam praebent. Propterea veniam mihi, vt ſpero, dabunt aequi lectores, quod in X. Libro horum Elemento-

* Videlicet horum numerorum poſterior deſignat Librum, prior huius libri propoſitionem. Praeterea def. ſignificat definitionem, ax. axioma, & poſt. poſtulatum.

rum quatuor nouis notis vſus fui, quum eae, quae in Barrowiana editione ibi occurrunt, nimis incommodae ſint. Eſt enim earum vna alteri adeo ſimilis, vt inter legendum facillime poſſint confundi. Quare quum his, ſine lectorum incommodo, me vti vix poſſe intelligerem, neque apud alium Auctorem alias ipſis pares reperiſſem: auſus ſum nouas iſtas effingere, quas in limine dicti Libri expoſui. Perpaucae quum ſint, facile poterit lector earum poteſtatem memoria retinere, praeſertim vbi animaduerterit, eas ex initialibus litteris Graecorum, quibus ſubſtituuntur, vocabulorum Σύμμετρα, ἀσύμμετρα, ἄλογα, leuiter inflexis litterarum ductibus, vel lineola appoſita, eſſe efformatas. Quartum denique, quod mihi in contrahendis Euclideis demonſtrationibus nonnunquam auxilio fuit, hoc eſt, quod quibusdam propoſitionibus ſubiunxi ſcholia vel corollaria, in quibus eiusmodi propo-

ſitiones

fitiones oſtenſae ſunt, quae multorum ſequentium theorematum & problematum demonſtrationes iterum tanquam principia ingrediuntur.

Sed praeter haec ſcholia & corollaria, viſum etiam eſt alia addere, in quibus ex Euclidis propoſitionibus aliae, quarum vel ad inuentionem, vel ad aliorum Auctorum demonſtrationes intelligendas, frequentiſſimus vſus eſt, & quae in vulgatis aliorum Auctorum Elementis Geometriae habentur, ſine longa ratiocinatione colliguntur. Pleraque horum ſcholiorum e Barrowiana editione huc transſcripſi, nonnulla, ſed perpauca, ipſe addidi. Nam omnium horum ſcholiorum numerum mediocrem eſſe volui, memor quippe, non theſaurum geometricarum propoſitionum mihi condendum, ſed Elementa Geometriae edenda fuiſſe. Singula autem haec ſiue ſcholia, ſiue corollaria, ſiue alia, quae in Graecis exemplaribus horum Elementorum vel omnino non leguntur, vel ſaltim aliis in locis, demonſtrationum contextui interſperſa, reperiuntur, aſteriſcis notaui. Erunt forſitan, qui mirabuntur, cur talibus propoſitionibus ſcholiorum titulum adſcripſerim, quibus corollariorum potius nomen conuenire exiſtimabunt. His autem reſpondeo, me in his quoque minutiis ad indolem Euclidei operis, quantum poſſem, accedere voluiſſe, in quo video, eas fere ſolas propoſitiones corollariorum vel πορισμάτων titulo inſignitas eſſe, quae, quum in demonſtratione alicuius theorematis vel problematis obiter oſtenſae ſint, dein ex ea quaſi excerpuntur, &, abſoluta demonſtratione, ſeparatim enunciantur, quo earum ad ſequentes demonſtrationes expeditior ſit vſus. Quod tandem ad ſchemata attinet, ligno inciſa, etſi curaui, vt ea illis, quae Oxonienſis Operum Euclidis editio habet, ſimilia eſſent, fateor ſateor tamen, nos illarum non aſſequi potuiſſe elegantiam.

Haec ſunt, quae de inſtituti operis ratione lectores monere volui, & ex quibus ſatis, opinor, apparebit, me omne conſilium operamque in hoc intendiſſe, vt & verum & integrum Euclidem ipſis in manus traderem. Vt autem hi, qui ad eius lectionem primum accedunt, aliquam eius notitiam afferant, non erit alienum, huius Geometriae ideam breuiter adumbrare. Totum hoc opus duabus conſtat partibus, quarum altera contemplationem ſuperficierum, altera ſolidorum complectitur. Et in quatuor quidem primis libris traduntur, quae figuris planis, circulo puta & rectilineis, abſolute ſpectatis conueniunt, & quae ad earum aequalitatem, ac angulorum laterumque in illis magnitudinem cognoſcendam conducunt. Sextus liber de ſimilitudine figurarum planarum agit, earumrumque, item angulorum & rectarum linearum, ad ſe inuicem rationes inueſtigare docet. Eius gratia in quinto libro tradita eſt proportionum, quae inter magnitudines eſſe poſſunt, vniuerſalis θεωρία. Hiſce prima pars huius Geometriae abſoluitur. Solidorum contemplatio commenſurabilium & incommenſurabilum notitiam requirit, ad quam doctrina de numeris opus eſt. Eorum itaque librorum qui ſextum ſequuntur, tres priores de numeris copioſe exponunt, ac ob id arithmetici vocari ſolent. Decimus rectarum linearum & ſpatiorum irrationalium, hoc eſt, datis rectis lineis vel ſpatiis incommenſurabilium, doctrinam tradit. Poſtremi quinque in ſolidorum contemplatione verſantur, & ea docent, quae ad illorum tam dimenſionem, quam proportionem & in ſe inuicem inſcriptionem ſpectant. Nunc reliquum eſſet, vt ſingulorum etiam librorum argumenta commemorarem.

Sed

Sed praeterquam quod hac enarratione facile carere poterunt, quibus animus eſt, integra haec Elementa a capite vsque ad calcem perſpicere (quod vt tirones faciant, maximopere ſuadeo): vereor, ne, ſi ea percurram, haec praefatio, quae iam praeter opinionem longiuſcula facta eſt, iuſtos limites excedat. Vnum hoc addam, ſi hanc meam operam doctis viris probari intellexero, curaturum me eſſe, vt Euclidis Liber Datorum, Theodoſii ſphaerici, & Archimedis Geometrici libri eodem, quo haec Elementa, habitu veſtiti poſthac in lucem prodeant.

Hosce errores operarum, quos repetita lectione deprehendimus, Lector vt calamo sic corrigat, rogamus.

Pag. 6. lin. 17. *vni*, scribatur *vno*.

pag. 11. lin. vltima post *habentes* sequi debent haec verba, *cum rectis AC, BC initio ductis.*

pag. 19. in schemate prop. 19. alteri extremo basis trianguli adscribatur littera B.

pag. 63. lin. antepenultima, *connexam*, scribatur *conuexam*.

pag. 65. lin. 19. *LH*, scribatur *KH*.

pag. 68. lin. 6. *AKC*, scribatur *ABC*.

pag. 121. lin. 22. *eorum*, scribatur *earum*.

pag. 160. lin. 24. *XXXI*, scribatur *XXXII*.

pag. 260. lin. 4. *AB*, scribatur *ABq*.

pag. 264 in margine suppleatur *r*.

pag. 307. lin. 29. *Apotomae*, scribatur *Apotome*.

pag. 320. lin. 26. *AC*, scribatur *AB*.

pag. 334. lin. 14. *punctam*, scribatur *punctum*.

pag. 348. lin. 27. *Sint*, scribatur *Si sint*.

pag. 367. lin. 22. deleatur ; .

pag. 402. lin. 22, *eorum*, scribatur *4 in iis angulorum*.

ELEMEN-

ELEMENTORVM EVCLIDIS
LIBER I.

* *

DEFINITIONES.

1. *Punctum* eſt, cuius pars nulla eſt.

2. *Linea* autem eſt longitudo non lata.

3. *Lineae* vero *extrema* (A, B, vel D, C) ſunt puncta.

4. *Recta* quidem *linea* AB eſt, quae ex aequo ſua interiacet puncta.

5. *Superficies* autem eſt, quod longitudinem & latitudinem tantum habet.

6. *Superficiei* vero *extrema* ſunt lineae.

7. *Plana* quidem *ſuperficies* eſt, quae ex aequo ſuas lineas rectas interiacet.



8. *Planus* vero *angulus* eſt duarum linearum, in plano ſeſe tangentium, & non in directum iacentium, mutua inclinatio.

9. Quando autem lineae DE, DF, angulum comprehendentes, rectae fuerint, *angulus* ipſe EDF appellatur *rectilineus*.



10. Quum vero recta linea CG, ſuper rectam lineam AB inſiſtens, angulos deinceps AGC, BGC inter ſe aequales fecerit: *rectus* eſt vterque aequalium angulorum; & quae inſiſtit recta linea CG *perpendicularis* vocatur ad eam AB, ſuper quam inſiſtit.



11. *Obtuſus angulus* ACB eſt, qui maior eſt recto.

12. *Acutus* autem ACD, qui eſt recto minor.

13. *Terminus* eſt, quod alicuius eſt extremum.



14. *Figura* eſt, quae aliquo vel aliquibus terminis comprehenditur.

15. *Circulus* eſt figura plana, vna linea ABCDA comprehenſa, quae *circumferentia* appellatur, ad quam ab vno puncto E eorum, quae intra figuram ſunt poſita, cadentes omnes rectae lineae, EC, EA, inter ſe ſunt aequales.

16. Hoc autem punctum E *centrum circuli* nuncupatur.

17. *Diameter* vero *circuli* eſt recta quaedam linea AC, per centrum E ducta, & ex vtraque parte circuli circumferentia ABCDA terminata. Quae etiam circulum bifariam ſecat.

18. *Semicirculus* eſt figura ACBA comprehenſa ſub diametro AC, & ea circuli circumferentia ABC, quae a diametro intercipitur.

19. *Recti-*

19. *Rectilineae figurae* sunt, quae rectis lineis comprehenduntur.

20. *Trilaterae* quidem, quae tribus.

21. *Quadrilaterae*, quae quatuor.

22. *Multilaterae* vero, quae pluribus, quam quatuor rectis lineis comprehenduntur.



23. E trilateris autem figuris, *aequilaterum triangulum* A est, quod tria latera habet aequalia.

24. *Isosceles* autem B, quod duo tantum aequalia habet latera.



25. *Scalenum* C vero, quod tria latera habet inaequalia.



26. Adhaec, e trilateris figuris, *rectangulum* quidem *triangulum* est A, quod rectum angulum habet.

27. *Amblygonium* autem B, quod habet angulum obtusum.

28. *Oxygonium* C vero, quod tres habet angulos acutos.



29. E figuris autem quadrilateris, *quadratum* quidem est ABCD, quod & aequilaterum est, & rectangulum.

30. *Oblongum* E, quod rectangulum quidem est, sed non aequilaterum.



31. *Rhombus* A, quod aequilaterum quidem est, sed non rectangulum.



32. *Rhomboides* GHML, quod habet opposita & latera & angulos inuicem aequalia, sed nec aequilaterum est, nec rectangulum.



33. Reliqua autem quadrilatera, praeter haec, vocentur *trapezia*. Vt GNDH.



34. *Parallelae* rectae lineae A, B sunt, quae in eodem iacentes plano, atque ex vtraque parte in infinitum productae, in neutram sibi coincidunt.

POSTVLATA.

1. Postulatur, a quouis puncto ad quoduis punctum rectam lineam ducere.

2. Item, rectam lineam finitam continue in directum producere.

3. Item, quouis centro & interuallo circulum describere.

COM-

COMMVNES NOTIONES, *siue* AXIOMATA.

1. Quae eidem aequalia, inter se sunt aequalia.

2. Si aequalibus aequalia addantur, tota sunt aequalia.

3. Si ab aequalibus aequalia auferantur, reliqua sunt aequalia.

4. Si inaequalibus aequalia addantur, tota sunt inaequalia.

5. Si ab inaequalibus aequalia (*vel ab aequalibus inaequalia*) auferantur, reliqua sunt inaequalia. * Et id quidem, quod ex maiori inaequalium, demtis aequalibus, relinquitur, maius est; quod vero, demto maiori inaequalium ab aequalibus, relinquitur, minus est.

6. Quae eiusdem (*vel aequalium*) sunt duplicia, inter se sunt aequalia. * Idem de vtcunque aeque multiplicibus intelligendum est.

7. Quae eiusdem (*vel aequalium*) sunt dimidia, inter se aequalia sunt. * Idem de vtcunque aeque submultiplicibus intellige.

8. Quae sibi mutuo congruunt, sunt aequalia.

* Hoc axioma in rectis lineis & angulis valet conuersum: sed non congruunt aequales figurae, nisi & similes fuerint. Ceterum *congruere* dicuntur, quorum partes applicari partibus sic possunt, vt tota eundem locum occupent.

9. Totum sua parte maius est.

10. Omnes anguli recti inter se aequales sunt.



11. Si in duas rectas lineas AD, BC recta BA incidens angulos interiores BAD, ABC, & ad easdem partes, duobus rectis minores fecerit: duae illae rectae AD, BC, in infinitum productae, coincident inter se ex ea parte, ad quam sunt anguli duobus rectis minores.

12. Duae rectae lineae spatium non comprehendunt.

13. * Omne totum aequale est omnibus suis partibus simul sumtis.

14. * Quod vno aequalium maius vel minus est, idem & altero maius vel minus est. Et quo vnum aequalium maius est vel minus, eodem alterum quoque maius vel minus est.

In hoc libro notae, quibus breuitatis causa vtimur, hae fere sunt.

= Notat aequalitatem. E. g. Ang. A = B = C, lege, angulus A aequalis est angulo B, & hic angulo C. Sed saepe trium quantitatum hac nota iunctarum primam etiam tertiae aequalem intelligendam esse per ax. 1. supponitur.

> notat maioritatem. E. g. Recta AB > CD, lege, recta AC maior est quam recta CD.

<

$<$ notat minoritatem. $A < B$, lege A minor eſt quam B.

$+$ notat duas magnitudines pluresue, inter quas haec nota reperitur, iunctim ſumendas eſſe. E. gr. $A + B$, lege, A vna cum B.

$-$ notat ſubtractionem. E. gr. Rectus $-$ ang. ABC, lege, Exceſſus recti anguli ſuper angulum ABC, vel, vt vulgo pronunciant, *rectus* minus angulo ABC.

$\triangle$ notat triangulum.

ACq notat quadratum a recta AC deſcriptum, vel cuius latus eſt recta AC.

PROPOSITIO I. PROBLEMA.

Super datam rectam terminatam AB *triangulum aequilaterum constituere.*



α. 3. post. Centro A, interuallo AB describatur α circulus BCD; & rursus centro B interuallo BA circulus ACE; & a puncto C, in quo circuli sese mutuo secant, ad puncta A, B ducantur β rectae CA, CB.

β. 1. post.
γ. 15. def.
δ. 1. ax.
ε. 23. def.

Quoniam igitur γ AC = AB, & BC = BA: erit δ AC = BC. Quare tres rectae AC, AB, BC aequales sunt. Est igitur ACB triangulum aequilaterum ε super AB constitutum. Quod Erat Faciendum.

PROP. II. PROBL.



Ad datum punctum A *datae rectae* BC *aequalem rectam ponere.*

ζ. 1. post.
η. 1. 1.
θ. 2. post.
ι. 3. post.

Ducatur ζ recta AC; et super eam constituatur η triangulum aequilaterum ADC; & producantur θ DA, DC ad E & F. Dein centro C interuallo CB describatur ι circulus GBH, & rursus centro D, interuallo DG, circulus GIK.

Quo-

Quoniam igitur [κ] DI = DG, & [λ] DA = DC, erit [μ] AI = CG. Sed [κ] CB = CG. Ergo AI =[ν] CB. Q. E. F.

κ. 15. def.
λ. 23. def.
μ. 3. ax.
ν. 1. ax.

PROP. III. PROBL.



Datis duabus rectis inaequalibus, A & BC, *a maiore* BC *auferre rectam aequalem minori* A.

Ponatur [ξ] ad punctum B recta BD = A, & centro B interuallo BD describatur [ο] circulus DEF. Et, quoniam [π] BE = BD, & [ρ] A = BD, erit [σ] BE = A. Ergo ab BC ablata est BE, minori A aequalis. Q. E. F.

ξ. 2. 1.
ο. 3. post.
π. 15. def.
ρ. construct.
σ. 1. ax.

PROP. IV. THEOREMA.

Si duo triangula ABC, DEF *habuerint duo latera, duobus lateribus aequalia, alterum alteri* (AB = DE, & AC = DF), *& angulum* A *aequalem angulo* D, *qui ab aequalibus rectis comprehenditur: habebunt & basin* BC *basi* EF *aequalem; & triangulum* ABC *erit triangulo* DEF *aequale; & reliqui anguli* B, C, *reliquis angulis* E, F *aequabuntur, alter alteri, quibus aequalia latera subtenduntur* (B = E, & C = F).

Nam si triangulum ABC applicetur triangulo EDF, posito puncto A super D, & recta AB

τ. hypoth. AB super DE: quia AB = DE[τ], cadet[υ] pun-
υ. 8. ax. ctum B in E. Congruente autem recta AB, rectae DE: quia[τ] ang. A = D, cadet[υ] recta AC in DF; &[τ] quia AC = DF, punctum C cadet[υ] in F. Iam si BC ipsi EF non congruat: necesse est duae rectae comprehendant spatium;
φ. 12. ax. quod fieri nequit[φ]. Ergo basis BC congruet basi EF, & ergo[υ] BC = EF. Quare & tota triangula ABC, DEF congruent, & aequalia erunt; itemque anguli B ac E, nec non anguli C ac F congruent, & aequales erunt. Quod Erat Demonstrandum.

PROP. V. THEOR.



Triangulorum isoscelium ABC *anguli ad basin* ABC, ACB, *sunt inter se aequales; & productis aequalibus rectis* AB, AC, *anguli sub basi* FBC, GCB *erunt inter se aequales.*

Sumto enim in recta BF
χ. 3. 1. puncto quolibet D, fiat[χ] AE = AD, & ducantur rectae CD, BE.

Quoniam ergo in triangulis ABE & ACD,
ψ. constr. est[ψ] AE = AD, &[ω] AB = AC, & angulus A
ω. hyp. communis: erit[α] ang. ABE = ang. ACD, &
α. 4. 1. ang. BEC = ang. BDC, & BE = CD. Quum autem

autem $^{\psi}$ AE = AD, & $^{\omega}$ AC = AB, ideoque $^{\beta}$ CE = BD: erit in triangulis BEC & BDC * ang. CBE = ang. BCD, & ang. BCE = ang. DBC. Sed erat $^{\gamma}$ ang. ABE = ang. ACD. Ergo $^{\beta}$ anguli ad basin ABC, ACB aequales sunt, item anguli sub basi GCB, FBC aequales sunt. Q. E. D.

β. 3. ax.

γ. per dem.

* *Scholium.* Hinc omne triangulum aequilaterum est quoque aequiangulum.

PROP. VI. THEOR.

Si trianguli ABC *duo anguli* ABC, ACB *sint inter se aequales: latera* AB, AC, *aequalibus angulis subtensa, inter se aequalia erunt.*

Si enim non est AB = AC, vtrauis AB > AC erit. Fiat ergo $^{\delta}$ BD = AC, & ducatur CD. In triangulis ergo DBC, ABC est BD = AC, & BC latus commune, & $^{\epsilon}$ ang. DBC = ang. ACB. Quare $^{\zeta}$ triangulum DBC = triangulo ABC, pars toti. Quod Est Absurdum $^{\eta}$. Non est ergo recta AB rectae AC inaequalis; ergo aequales sunt. Q. E. D.

δ. 3. 1.

ε. hyp.

ζ. 4. 1.

η. 9. ax.

* *Scholium.* Hinc omne triangulum aequiangulum est quoque aequilaterum.

PROP. VII. THEOR.

Super eandem rectam AB *duabus iisdem rectis* AC, BC *duae aliae rectae* AD, BD *aequales altera alteri, eosdem terminos habentes,* (AD = AC, AC, & BD = BC) *non constituentur ad aliud punctum* D *atque aliud* C *in easdem partes.*



* *1. Casus.* Si punctum D statuatur in AC: g. 9. ax. liquet [g] non esse AD = AC.

* *2. Cas.* Si punctum D ponatur intra triangulum ACB: ducatur CD, & producantur BD c. 5. 1. ad F, & BC ad E. Iam si sit AD = AC: erit [c] ang. ADC = ACD. Sed si BD = BC: erit [c] k. 9. & 14. ax. ang. ECD = FDC. Ergo ang. ACD [k] > FDC, & multo magis ang. ECD > FDC. Q. E. A.

3. Cas. Si D sit extra △ ACB: ducatur recta CD. Iam si sit AD = AC: erir [c] ang. ACD = ADC. Quare ang. ADC > [k] DCB, & multo magis ang. BDC > DCB. Sed quia etiam ponitur BD = BC: erit [c] ang. BDC = DCB. Q. E. A.

Ergo non potest esse AD = AC, & simul BD = BC. Q. E. D.

PROP. VIII. THEOR.



Si duo triangula ABC, DEF *habeant duo latera* AB, AC, *duobus lateribus* DE, DF *aequalia, alterum alteri, habeant etiam basin* BC *basi* EF *aequalem, angulum quoque* A *angulo* D *aequalem habebunt, ab aequalibus rectis comprehensum.*

Si

Si enim △ ABC applicetur △o DEF, & punctum B ponatur in E, & recta BC super rectam EF: cadet λ punctum C in F, quia μ BC = EF. Iam si punctum A non caderet in D, sed in aliud, velut G: super eadem recta EF duabus iisdem rectis ED, FD aliae duae rectae EG, FG, aequales μ, altera alteri, habentes eosdem terminos, constitutae essent ad aliud punctum G & aliud D in easdem partes. Sed hoc fieri nequit ν. Ergo punctum A cadet in punctum D, & ergo congruet latus BA lateri ED, & latus AC lateri DF; quare & angulus A congruet angulo D. Ergo λ ang. A = D. Q. E. D.

λ. 8. ax.
μ. hyp.
ν. 7. 1.

* *Schol. 1.* Hinc triangula sibi mutuo aequilatera etiam sibi mutuo aequiangula sunt ξ.

* *Schol. 2.* Triangula sibi mutuo aequilatera aequantur inter se ξ.

ξ. 4. 1.

PROP. IX. PROBL.



Datum angulum rectilineum BAC *bifariam secare.*

Sumatur in recta AB punctum quodvis D, & capiatur o AE = AD, & ducatur DE, super qua fiat triangulum aequilaterum DFE. Ducatur AF. Dico AF bifariam secare ang. BAC.

Quoniam enim est AE = AD, & AF latus commune, & basis EF = π basi DF: est ϱ ang. EAF = DAF. Ergo AF bifariam secat angulum BAC. Q. E. F.

o. 3. 1.
π. constr. & 23. def.
ϱ. 8. 1.

* *Schol.*

* *Scholium.* Hinc patet, quomodo angulus secari possit in aequales partes 4, 8, 16, 32 &c; singulas nimirum partes iterum bisecando. Methodus vero recta & circulo angulos secandi in partes aequales quotcunque, e. gr. 3, 5, 7, nulla datur.

PROP. X. PROBL.

Datam rectam lineam terminatam AB *bifariam secare.*



σ. 1. 1. τ. 9. 1. Fiat super AB[σ] $\triangle$ aequilaterum, & bisecetur[τ] ang. ACB recta CD. Dico, rectam AB bisecari in puncto D.

υ. 23. def. φ. constr. χ. 4. 1. Nam[υ] AC = BC, & CD latus $\triangle$is ADC & BDC commune, & ang. ACD = BCD[φ]. Ergo[χ] AD = DB. Q. E. F.

PROP. XI. PROBL.

Datae rectae lineae AB, *a puncto in ipsa dato* C, *ad rectos angulos rectam lineam ducere.*



ψ. 3. 1. ω. 1. 1. Sumatur in recta AC punctum quoduis D, & ponatur[ψ] CE = CD, & constituatur[ω] super DE $\triangle$ aequilaterum DFE, & ducatur recta FC, quae erit rectae AB ad angulos rectos.

α. constr. β. 23. def. γ. 8. 1. δ. 10. def. Quoniam enim in $\triangle$is FEC & FDC[α] est CE = CD, &[β] EF = DF, & FC communis: ang.[γ] ECF = DCF. Ergo[δ] anguli ECF, DCF recti sunt. Q. E. F.

PROP.

PROP. XII. PROBL.

Super datam rectam lineam infinitam AB, *a dato puncto* C, *quod non est in eadem, perpendicularem lineam rectam ducere.*



Sumatur ex altera parte rectae AB punctum quoduis D, & centro C interuallo CD describatur [ε] circulus EDF, & ε. 3. post.
secetur [ζ] recta EF bifariam in G. Ducatur re- ζ. 10. 1.
cta CG, quae in AB erit perpendicularis.

Nam ductis rectis CE, CF, quoniam [η] EG η. constr.
= GF, & CG communis, & [θ] CE = CF: erit [ι] θ. 15. def.
ang. EGC = FGC. Ergo CG est in AB per- ι. 8. 1.
pendicularis [κ]. Q. E. F. κ. 10. def.

PROP. XIII. THEOR.



Si recta AB *insistens rectae* DC, *faciat angulos* ABD, ABC: *vel duos rectos faciet, vel duobus rectis aequales.*

Si enim ang. ABD = ABC: duo [λ] hi anguli λ. 10. def.
recti sunt. Sin minus: ducatur [μ] a puncto B μ. 11. 1.
recta BE in DC perpendicularis. Quare ang.
CBE + EBD [λ] = 2 rectis. Et quoniam CBE
= [ο] CBA + ABE: erit [ν] CBE + EBD = CBA ν. 2. ax.
+ ABE + EBD. Item quoniam ang. DBA ξ. 1. ax.
= ABE + EBD; erit [ν] DBA + CBA = CBA ο. 13. ax.
+ ABE + EBD. Ergo [ξ] DBA + CBA =
CBE + EBD = 2 rectis. Q. E. D.

* 1. *Schol.*

* *1. Schol.* Hinc ſi vnus angulorum EBD rectus ſit: alter EBC etiam rectus erit. Si ille ABD obtuſus: hic ABC acutus erit; & contra.

* *2. Schol.* Si plures rectae quam vna ad idem punctum eidem rectae inſiſtant: anguli fient duobus rectis aequales.

PROP. XIV. THEOR.



Si ad aliquam rectam AB, *&* *ad punctum in ea* B, *duae rectae* BC, BD, *non ad easdem partes poſitae, faciant angulos deinceps* CBA, DBA, *duobus rectis aequales: ipſae rectae* BC, BD *in directum ſibi inuicem erunt.*

Si enim BD non ſit in directum ipſi CB:
π. 1. poſt. ſit π ei in directum quaeuis BE. Ergo ρ ang.
ρ. 13. 1. CBA + ABE = 2 rectis. Sed & CBA + DBA
σ. hyp. =σ 2 rectis. Ergo CBA + ABE = CBA +
τ. 3. ax. DBA. Ergo τ ang. ABE = DBA. υ Q.E.A.
υ. 9. ax.

PROP. XV. THEOR.



Si duae rectae AB, CD *ſeſe mutuo ſecent in* E: *angulos* AEC, DEB *ad verticem facient inter ſe aequales.*

φ. 13. 1. Nam φ ang. AEC + AED = 2 rectis = DEB
χ. 3. ax. + AED. Ergo χ ang. AEC = DEB. Q. E. D.

* *1. Schol.* Hinc manifeſtum eſt, quotcunque rectis ſeſe mutuo ſecantibus, angulos ad punctum ſectionis aequales eſſe 4 rectis.

2. Schol.

* 2. *Schol.* Et ergo omnes anguli circa vnum punctum constituti efficiunt quatuor rectos.

* 3. *Schol.* Si ad aliquam rectam lineam AB, atque ad eius punctum E, duae rectae EC, ED non ad easdem partes sumtae, angulos ad verticem AEC, DEB aequales fecerint: ipsae rectae CE, ED in directum sibi inuicem erunt.

Nam 2 recti $=^{\psi}$ AEC + CEB $=^{\omega}$ DEB + CEB. Ergo $^{\kappa}$ CE, ED sunt in directum. ψ. 13. 1. ω. hyp. & 2. ax. κ. 14. 1.

* 4. *Schol.* Si quatuor rectae EA, EB, EC, ED ab vno puncto E exeuntes, angulos oppositos ad verticem aequales inter se fecerint: erunt quaelibet duae lineae AE, EB, & CE, ED in directum positae.

Nam quia ang. AEC + AED + CEB + DEB $=^{\beta}$ 4 rectis: erit AEC + AED $=^{\gamma}$ DEB + CEB $=^{\delta}$ 2 rectis. Ergo CED & AEB $^{\epsilon}$ sunt rectae lineae. β. 2. schol. γ. hyp. & 2. ax. δ. 7. ax. ε. 14. 1.

PROP. XVI. THEOR.



Omnis trianguli ABC *vno latere* BC *producto* ad D: *angulus exterior* ACD *maior est vtrolibet interiorum & oppositorum* BAC, ABC.

Secetur AC bifariam $^{\zeta}$ in E, & ducta recta BE producatur ad F, & ponatur $^{\eta}$ EF = EB, & ducatur FC. Quoniam igitur AE = EC, & EB = EF, & ang. $^{\vartheta}$ AEB = FEC: erit ang. $^{\iota}$ BAE = ACF. Sed ang. ACD $^{\kappa}$ > ACF. Ergo $^{\lambda}$ ang. ACD > BAE. ζ. 10. 1. η. 3. 1. ϑ. 15. 1. ι. 4. 1. κ. 9. ax. λ. 14. ax.

Eodem modo, si BC bisecetur in I, & recta AI producatur, donec IH = IA, & iungatur

HC, & producatur etiam AC ad G, demonstrabitur esse ang. BCG, vel ACD > ABC. Q. E. D.

PROP. XVII. THEOR.

Omnis trianguli ABC *duo anguli duobus rectis sunt minores, quomodocunque sumti.*



Producatur enim BC ad D. Et quia ang. ACD

μ. 16. 1. >[μ] ABC: erit ACD +

ν. 4. ax. ACB >[ν] ABC + ACB.

ξ. 13. 1. Sed ACD + ACB =[ξ] 2 rectis. Ergo ang.

ο. 14. ax. ABC + ACB <[ο] 2 rectis. Eodem modo, producta CA, demonstrabitur esse ACB + CAB < 2 rectis; item, producta AB, esse CAB + ABC < 2 rectis. Q. E. D.

* 1. *Schol.* Hinc in omni triangulo, cuius vnus angulus est rectus, vel obtusus, reliqui acuti sunt.



* 2. *Schol.* Si recta AE cum alia CD angulos inaequales faciat, vnum AED acutum, & alterum AEC obtusum: linea perpendicularis AD, ex quouis eius puncto A ad aliam illam CD demissa, cadet ad partes anguli acuti AED.

Nam si AC, ad partes anguli obtusi ducta, dicatur

π. 10. & 11. def. perpendicularis: in △ AEC erit ang. AEC + ACE >[π] 2 rectis. Quod fieri nequit[ρ].

ρ. 17. 1. * 3. *Schol.* Omnes anguli trianguli aequilateri,

σ. 5. 1. & duo anguli trianguli isoscelis ad basin, [σ] acuti sunt.

PROP.

PROP. XVIII. THEOR.

Omnis trianguli ABC *maius latus* AC *maiorem angulum* ABC *subtendit.*



Quum enim AC $>$ AB: fiat [π] AD $=$ AB, & iungatur BD. Iam est [υ] ang. ADB $>$ ACB, & ang. ABD $=$ [φ] ADB: ergo ang. ABD $>$ [χ] ACB, & a potiori ang. ABC $>$ ACB. Q. E. D.

π. 3. 1.
υ. 16. 1.
φ. 5. 1.
χ. 14. ax.

PROP. XIX. THEOR.

Omnis trianguli ABC *maiori angulo* B *maius latus* AC *subtenditur.*



Si enim ang. B $>$ C, nec tamen AC $>$ AB: aut erit AC $=$ AB, aut AC $<$ AB. Si esset AC $=$ AB: foret ang. B $=$ [ψ] C; contra hypothesin. Et si AC $<$ AB, foret ang. C $>$ [ω] B; etiam contra hypothesin. Ergo AC $>$ AB. Q. E. D.

ψ. 5. 1.
ω. 18. 1.

PROP. XX. THEOR.

Omnis trianguli ABC *duo latera sunt maiora reliquo, quomodocunque sumta.*



Sumantur BA, AC, & in producta BA capiatur [α] AD $=$ AC; ducatur DC. Ergo angulus ADC $=$ [β] ACD. Sed [γ] ang. BCD $>$ [γ] ACD. [δ] Quare BCD $>$ [ζ] BDC. [ε] Ergo [δ] BD $>$ BC, ideoque quum BD [ε] $=$ BA $+$ AC, erit BA $+$ AC $>$ [ζ] BC. Eodem modo ostendemus esse AB $+$ BC $>$ AC, & AC $+$ BC $>$ AB. Q. E. D.

α. 3. 1.
β. 5. 1.
γ. 9. ax.
δ. 19. 1.
ε. constr. & 2. ax.
ζ. 14. ax.

PROP. XXI. THEOR.

Si a terminis B, C *vnius lateris trianguli* ABC *duae rectae* BD, CD *intus constituantur: hae reliquis duobus trianguli* ABC *lateribus* AB, AC, *minores quidem erunt, angulum vero* BDC *maiorem,* quam A, *comprehendent.*



η. 20. 1.
ϑ. 4. ax.

Producatur enim BD ad E. Et quum ABE fiat △: erit AB + AE > [η] EB; ideoque [ϑ] AB + AC > EB + EC. In △ EDC est CE + ED > [η] CD; ideoque [ϑ] CE + EB > CD + DB. Quare multo magis AB + AC > CD + BD. Q. E. Imum.

ι. 16. 1. Angulus BDC > [ι] CED > [ι] A. Ergo & ang. BDC > A. Q. E. IIdum.

PROP. XXII. PROBL.



E tribus rectis, quae tribus rectis datis A, B, C, *sint aequales, triangulum constituere. Oportet autem duas, vtcunque sumtas, maiores esse reliqua.*

Pona-

Ponatur recta DE, finita quidem ad D, infinita vero versus E, & fiat κ DF = A, & FG κ. 3. 1.
= B, & GH = C. Centro F interuallo FD describatur λ circulus DKL, item centro G λ. 3. post.
interuallo GH circulus HLK; & ducantur rectae KF, KG.

Quoniam ergo μ KF = FD = ν A; & GK μ. 15. def.
= μ GH = ν C; & GF = ν B: ex tribus rectis ν. constr.
KF, GK, GF, tribus A, C, B aequalibus, constitutum est triangulum KGF. Q. E. F.

PROP. XXIII. PROBL.



Ad datam rectam AB, *& ad datum in ea punctum* A, *dato angulo rectilineo* DCE *angulum rectilineum aequalem constituere.*

Sumantur in vtraque recta CD & CE puncta quaeuis D, E, & ducatur recta DE, & e tribus rectis lineis, quae tribus CE, CD, DE aequales sint, constituatur ο △ AHF, ita vt AF ο. 22. 1.
= CD, & AH = CE, & HF = DE.

Quia ergo AF = CD, & AH = CE, & basis HF = basi ED: erit ang. A = π DCE. π. 8. 1.
Q. E. F.

PROP. XXIV. THEOR.

Si duo triangula ABC, DEF *habeant duo latera* AB, AC *duobus lateribus* DE, DF *aequalia, alterum alteri; angulum autem* A *angulo* EDF *maiorem, ab aequalibus rectis comprehensum: etiam basin* BC *basi* EF *maiorem habebunt.*



Quoniam enim ang. A $>$ EDF, constituatur
ρ. 23. 1. tur ρ ad rectam DE & ad eius punctum D ang.
σ. 3. 1. EDG $=$ A, & capiatur σ DG $=$ AC vel $=$ DF. Ducantur FG, EG. *1. Cas.* Si EG cadit supra EF; quum in $\triangle$is ABC, DEG praeterea sit AB
τ. hyp. $=$ DE τ: erit basis υ BC $=$ basi EG. Rursus
υ. 4. 1.
φ. 5. 1. quia DG $=$ DF, ideoque φ ang. DFG $=$ DGF: erit ang. DFG $>$ EGF, & multo magis
χ. 19. 1. EFG $>$ EGF. Quare in $\triangle$ EGF erit χ latus EG $>$ EF. Ergo & BC $>$ EF. Q. E. D.

ψ. 9. ax. * *2. Cas.* Si EG cadit in EF: liquet ψ esse EG $>$ EF, ideoque BC $>$ EF. Q. E. D.



* *3. Cas.* Si EG cadit infra EF.
ω. 21. 1. Quoniam ω DG $+$ GE $>$ DF $+$ FE; si hinc inde
α. 5. ax. auferantur aequales DG, DF: manet α GE $>$ FE. Ergo & BC $>$ EF. Q. E. D.

PROP. XXV. THEOR.



Si duo triangula ABC, DEF *habeant duo latera* AB, AC, *duobus lateribus* DE, DF *aequalia alterum alteri, basin autem* BC *habeant*

ant basi EF *maiorem: habebunt etiam angulum* A *maiorem angulo* D, *qui ab aequalibus rectis comprehenditur.*

Nam si ang. A non maior est quam D: aut est $A = D$, aut $A < D$. Sed si $A = D$: [β] erit $BC = EF$; contra hypothesin. Si ang. $A < D$: erit [γ] $BC < EF$; etiam contra hypothesin. Ergo ang. $A > D$. Q. E. D. β. 4. 1. γ. 24. 1.

PROP. XXVI. THEOR.

Si duo triangula ABC, DEF *duos angulos* B, ACB, *duobus angulis* E, F *aequales habeant, alterum alteri, vnumque latus vni lateri aequale, vel quod aequalibus adiacet angulis, vel quod vni aequalium angulorum subtenditur: & reliqua latera reliquis lateribus aequalia, alterum alteri, & reliquum angulum* B A C *reliquo* D *aequalem habebunt.*



1. Hyp. Sit $B = E$, $ACB = F$ & $BC = EF$. Dico $AB = DE$, & $AC = DF$, & ang. $BAC = D$. Si enim non est $AB = DE$, sit alterutra $AB > DE$, & fiat [δ] $BG = DE$; & iungatur GC. Quoniam ergo $BC = EF$ & $BG = DE$, & ang. $B = E$: erit [ε] $GCB = DFE =$ [ζ] ACB. Q. E. A [η]. δ. 3. 1. ε. 4. 1. ζ. hyp. η. 9. ax.

2. Hyp. Sit $AB = DE$. Dico, fore $BC = EF$, & $AC = DF$, & ang. $BAC = D$. Nam si dicatur $BC > EF$, ponatur [δ] $BH = EF$ & ducatur AH. Et quia [ζ] $AB = DE$, & $BH = EF$,

 & ang.

ι. 4. 1. & ang. B = E; erit ι ang. BHA = F = ACB.
ϑ. 16. 1. Q. E. A ϑ. Ergo BC = EF, ideoque ι & AC = DF & ang. BAC = D. Q. E. D.

PROP. XXVII. THEOR.



Si in duas rectas lineas AB, CD *recta linea* EF *incidens alternos angulos* AEF, EFD *inter se aequales fecerit: parallelae erunt rectae lineae* AB, CD.

Si enim non ſint parallelae: productae ad
ι. 34. def. alterutram partem ι conueniant, velut in puncto G. Ergo ang. AEF extra triangulum
κ. 16. 1. EGF maior κ erit interno EFD; contra hypotheſin. Ergo AB, CD ſunt parallelae. Q. E. D.

PROP. XXVIII. THEOR.



Si in duas lineas AB, CD *recta linea* EF *incidens exteriorem angulum* EGA *interiori & oppoſito ad easdem partes* EHC *aequalem fecerit; vel interiores & ad easdem partes* AGH, GHC *duobus rectis aequales: rectae lineae* AB, CD *erunt inter se parallelae.*

λ. 15. 1. & 1. ax. *1. Hyp.* Quia ang. EGA = EHC: erit λ & ang. BGH = EHC alterno. Parallelae igitur μ
μ. 27. 1. ſunt rectae AB & CD. Q. E. D.

2. Hyp. Quia ang. AGH + GHC = 2 re-
ν. 13. 1. ctis = ν AGH + BGH: erit, ablato communi

ni AGH, ang. BGH =[ξ] alterno GHC. Ergo[μ] AB, CD, sunt parallelae. Q. E. D. ξ. 3. ax. μ. 27. 1.

PROP. XXIX. THEOR.

In parallelas rectas lineas AB, CD *recta linea* EF *incidens, & alternos angulos* BGH, GHC *inter se aequales, & exteriorem* EGA *interiori & opposito ad easdem partes* GHC *aequalem, & interiores ad easdem partes* AGH, GHC *duobus rectis aequales efficit.* Figura propos. 28.

Si enim ang. BGH & GHC inaequales sint: alter e. gr. BGH maior erit. Ergo erit[ο] BGH + AGH > GHC + AGH. Sed BGH + AGH =[π] 2 rectis. Ergo ang. GHC + AGH < 2 rectis. Quare[ρ] rectae AB, CD producatae versus A concurrent, ideoque[σ] non erunt parallelae. Quod est contra hypothesin. Ergo ang. BGH = GHC. Ergo quum ang. EGA[τ] = BGH, erit etiam[υ] ang. EGA = GHC. Hinc[φ] ang. EGA + AGH = AGH + GHC. Sed[π] ang. EGA + AGH = 2 rectis. Ergo &[υ] ang. AGH + GHC = 2 rectis. Q. E. D. ο. 4. ax. π. 13. 1. ρ. 11. ax. σ. 34. def. τ. 15. 1. υ. 1. ax. φ. 2. ax.



* *Schol.* Hinc omne parallelogrammum AC habens vnum angulum rectum A est rectangulum.

Nam A + B =[χ] 2 rectis. Ergo quum A rectus sit, B etiam rectus[ψ] erit. Eodem argumento D & C recti sunt. χ. 29. 1. ψ. 3. ax.

PROP. XXX. THEOR.



Quae AB, CD, *eidem rectae lineae* EF *parallelae sunt, & inter se sunt parallelae.*

Incidat enim in ipsas recta GHI. Et quia AB,
α. 29. I. EF parallelae sunt: [α] ang. AGH = GHF. Rursus quia EF, CD parallelae: ang. HID =
α. I. ax. GHF. Ergo [α] ang. AGH = alterno HID,
β. 27. I. ideoque [β] rectae AB, CD parallelae. Q. E. D.

PROP. XXXI. PROBL.



Per datum punctum A *datae rectae lineae* BC *parallelam rectam lineam ducere.*

Sumatur in BC punctum quoduis D, & iun-
γ. 23. I. gatur AD, & fiat ang. [γ] EAD = ADC, &
δ. 27. I. producatur EA ad F. Erunt [δ] EF, BC parallelae. Q. E. F.

PROP. XXXII. THEOR.



Omnis trianguli ABC *vno latere* BC *producto, exterior angulus* ACD *angulis duobus interioribus & oppositis* A, B, *est aequalis; & trianguli tres interiores anguli* A, B, ACB *duobus rectis sunt aequales.*

ε. 31. I. Ducatur enim per C ipsi AB [ε] parallela CE:
ζ. 29. I. & erit ang. ACE = [ζ] A; item [ζ] ang. ECD = B
η. 2. ax. Quare [η] ACD = A + B. *Quod erat vnum.*

Iam

Iam addito communi angulo ACB, erit ACD + ACB =[n] A + B + ACB. Sed ACD + ACB =[9] 2 rectis. Ergo &[t] anguli A + B + ACB = 2 rectis. *Quod erat alterum.* n. 2. ax. 9. 13. 1. t. 1. ax.

* *Scholia.*

1. Tres simul anguli cuiusuis trianguli aequales sunt tribus simul cuiuscunque alterius. Vnde

2. Si in vno triangulo duo anguli (aut singuli, aut simul) aequales sint duobus angulis in altero triangulo: etiam reliquus reliquo aequalis est. Item, si duo triangula vnum angulum vni aequalem habeant: reliquorum summae aequantur.

3. In triangulo si vnus angulus rectus sit: reliqui vnum rectum conficiunt.

4. Si in isoscele angulus, aequis cruribus contentus, rectus est: reliqui ad basin sunt semirecti.

5. Trianguli aequilateri angulus facit duas tertias vnius recti. Nam $\frac{1}{3}$ 2 rect. = $\frac{2}{3}$ recti.

6. Huius propositionis beneficio, cuiuslibet figurae rectilineae tam interni quam externi anguli quot rectos conficiant, innotescet per duo sequentia theoremata.

Theor. I.



Omnes simul anguli cuiuscunque figurae rectilineae conficiunt bis tot rectos, demtis quatuor, quot sunt latera figurae.

Ex quouis puncto intra figuram ducantur ad omnes figurae angulos rectae, quae figuram resoluent in tot triangula, quot habet latera. Quare quum singula triangula conficiant duos rectos; omnia simul conficient bis tot rectos, quot sunt latera. Sed anguli circa dictum punctum conficiunt

ciunt quatuor rectos. Ergo si ab omnium trian-gulorum angulis demas angulos circa id punctum: anguli reliqui, qui componunt angulos figurae, conficiunt bis tot rectos, demtis quatuor, quot sunt latera figurae. Q. E. D.

Hinc omnes eiusdem speciei rectilineae figurae aequales habent angulorum summas.

Theor. II.

Omnes simul externi anguli cuiuscunque figurae rectilineae conficiunt quatuor rectos.

Nam singuli interni figurae anguli cum singulis externis conficiunt duos rectos. Ergo interni simul omnes cum omnibus simul externis conficiunt bis tot rectos, quot sunt latera figurae. Sed (vt modo ostensum est) interni simul omnes etiam, cum quatuor rectis, efficiunt bis tot rectos, quot sunt latera figurae. Ergo externi anguli quatuor rectis aequantur. Q. E. D.

Hinc omnes cuiuscumque speciei rectilineae figurae aequales habent externorum angulorum summas.

PROP. XXXIII. THEOR.



Quae rectae AC, BD, *aequales & parallelas* AB, CD *ad easdem partes coniungunt, ipsae etiam sunt aequales & parallelae.*

κ. 29. I. Iungatur enim BC: & quia [κ] ang. ABC = BCD, & per hyp. AB = CD, & latus BC

λ. 4. I. commune; erit [λ] AC = BD & ang. ACB =

μ. 27. I. CBD, ideoque [μ] rectae AC & BD parallelae erunt. Q. E. D.

PROP.

PROP. XXXIV. THEOR.

Parallelogrammorum spatiorum ABCD *tam latera opposita* (AB = CD, AC = BD) *quam anguli oppositi* (A = D, ABD = ACD) *inter se aequantur*; *& ipsa diameter* BC *bisariam secat*. Fig. prop. 33.

Quoniam AB, CD parallelae ν sunt: ξ erit ang. ABC = DCB. Rursus ob ν AC, DB parallelas, erit ξ ang. DBC = BCA. Et latus BC est commune. Quare ο AC = BD, & AB = CD, & ang. A = D. Et quia erat ang. ABC = DCB, & ang. DBC = BCA: toti ang. π ABD, ACD aequantur. Denique, quum sit AC = BD, & BC latus commune, & ang. BCA = DBC: tota ρ Δa. ACB, CBD aequantur. Q. E. D.

ν. hyp. ξ. 29. 1. ο. 26. 1. π. 2. ax. ρ. 4. 1.

* *Scholium.*

Omne quadrilaterum ABDC *habens latera opposita aequalia, est parallelogrammum.*

Nam per 8. 1. ang. ABC = BCD. Ergo α AB, CD parallelae sunt. Eadem ratione ang. BCA = DBC. Quare AC, BD etiam parallelae sunt. Ergo ABDC est parallelogrammum. Q. E. D. α. 27. 1.



Hinc expeditius per datum punctum C datae rectae AB ducetur parallela CD. Sume in AB quoduis punctum E. Centris E & C interuallo quouis duc aequales circulos F, D. Centro vero F spatio EC duc circulum FD, qui priorem CD secet in D. Erit ducta CD parallela. Nam, vt modo demonstratum est, ECDF est Pgr.

PROP.

PROP. XXXV. THEOR.



Parallelogramma ABCD *&* EBCF, *super eadem basi* BC, *&* *in iisdem parallelis* AF, BC *constituta*,
σ. 34. 1. *inter se sunt aequalia.*

Nam quia ABCD, EBCF Pgra sunt: est [σ] AD = BC = EF. Adde communem DE, &
τ. 2. ax. erit [τ] AE = DF. Sed & [σ] AB = DC, & ang.
υ. 29. 1. A = [υ] CDF. Ergo △ ABE = [φ] △ DCF.
φ. 4. 1. Auferatur commune DGE: erit [χ] trapezium
χ. 3. ax. ADGB = EGCF. Adde commune BGC: erit [τ] Pgr. ABCD = EBCF. Q. E. D.

* Reliquorum casuum, si E in D, vel inter D & A cadit, non dissimilis, sed simplicior & facilior est demonstratio.

PROP. XXXVI. THEOR.



Parallelogramma ABCD, EFGH *super aequalibus basibus* BC, FG *&* *in iisdem parallelis* AH, BG *constituta*, *inter se sunt aequalia.*

Iungantur enim BE, CH. Et quia per hyp.
ψ. 34. 1. BC = FG = [ψ] EH; BC & EH sunt aequales.
ω. 33. 1. Sunt vero & parallelae (hyp.). Ergo [ω] BE & CH quoque sunt aequales ac parallelae.
α. 35. 1. Quare EBCH est Pgr. & aequale [α] Pgro ABCD. Sed est etiam [α] Pgr. EBCH = Pgro EFGH.
β. 1. ax. Ergo [β] Pgr. ABCD = EFGH. Q. E. D.

PROP.

PROP. XXXVII. THEOR.



Triangula ABC, DBC *super eadem basi* BC *&* *in iisdem parallelis* AD, BC *constituta, sunt inter se aequalia.*

Producatur [γ] AD in E, F, & ducatur [δ] BE parallela CA, & CF parall. BD. Erit [ε] Prg. BCAE = DBCF. Sed △ ABC [ζ] = ½ Pgr. BCAE, item △ DBC = ½ Pgr. DBCF. Ergo △ ABC [η] = DBC. Q. E. D.

γ. 1. post. δ. 31. 1. ε. 35. 1. ζ. 34. 1. η. 7. ax.

PROP. XXXVIII. THEOR.



Triangula ABC, DEF *super basibus aequalibus* BC, EF, *&* *in iisdem parallelis* BF, AD *constituta, sunt inter se aequalia.*

Ducatur [θ] CG ipsi BA, & EH ipsi DF parallela. Pgra ergo sunt ABCG & DFEH, & [ι] aequalia. Sed △ ABC [κ] est ½ Pgri ABCG, & △ DEF est ½ Pgri DFEH. Ergo [λ] △ ABC = △ DEF. Q. E. D.

θ. 31. 1. ι. 36. 1. κ. 34. 1. λ. 7. ax.

* *Scholium.*

Si basis BC > EF: liquet △ BAC > △ EDF.
Et si basis BC < EF: erit △ BAC < △ EDF.

PROP.

PROP. XXXIX. THEOR.



Triangula ABC, DBC, *aequalia, super eadem basi* BC *& ad easdem partes constituta, sunt in iisdem parallelis* AD, BC.

Si enim AD, BC non sunt parallelae: du-
μ. 31. 1. catur per A ipsi BC parallela [μ] AE, & ducatur
ν. 37. 1. EC. Quare △ BEC = [ν] △ ABC = [ξ] △ DBC.
ξ. hyp. Ergo [ο] triangula BEC, DBC aequalia sunt.
ο. 1. ax. Q. E. A [π]. Similiter ostendemus, neque vllam
π. 9. ax. aliam parallelam esse praeter rectam AD. Ergo AD est ipsi BC parallela. Q. E. D.

PROP. XL. THEOR.



Triangula ABC, DCE *aequalia, super basibus* BC, CE † *aequalibus, & ad easdem partes constituta, sunt in iisdem parallelis* AD, BE.

ρ. 31. 1. Sin minus: ducatur [ρ] per A ipsi BE paral-
σ. 37. 1. lela AF, & iungatur FE. Ergo △ FCE = [σ]
τ. hyp. & 1. ax. △ ABC. Ergo & △ FCE = [τ] △ DCE.
υ. 9. ax. Q. E. A [υ].

PROP. XLI. THEOR.



Si parallelogrammum ABCD, *& triangulum* BEC *eandem habeant basin* BC, *sintque in iisdem parallelis* AE, BC: *parallelogrammum* ABCD *ipsius trianguli* EBC *duplum erit.*

† Puta, in eadem recta positis.

Ducatur

Ducatur enim AC: & erit [φ] △ ABC = △ EBC. Sed Pgr. ABCD est [χ] duplum △ ABC. Ergo Pgr. ABCD est [ψ] duplum △ EBC. Q. E. D. φ. 37. 1. χ. 34. 1. ψ. 1. & 6 ax.

PROP. XLII. PROBL.

Dato triangulo ABC *aequale parallelogrammum constituere in dato angulo rectilineo* D.



Secetur BC bifariam [α] in E, & fiat [α] ang. CEF = D. Ducatur AG [β] ipsi BC, & CG ipsi EF parallela. Erit FECG Pgr. aequale △ ABC. α. 10. 1. α. 23. 1. β. 31. 1.

Nam ducta AE, erit [γ] △ ABE = △ AEC. γ. 38. 1.
Ergo △ ABC [δ] = 2 △ AEC = [ε] Pgr. FECG. δ. 2. ax. ε. 41. 1.
Ergo [ζ] Prg. FECG = △ ABC. Q. E. D. ζ. 1. ax.

PROP. XLIII. THEOR.



In omni parallelogrammo ABCD *complementa* EF, DK *eorum, quae circa diametrum* AC *sunt, parallelogrammorum* EG, FH, *inter se sunt aequalia.*

Nam [η] △ ABC = △ ACD. Et quia etiam EG & FH sunt Pgra, quorum diametri sunt AK, KC: erit similiter △ AEK = △ AKG, & △ FKC = △ KCH. Quare [θ] △ AEK + FKC = △ AKG + KCH. Ergo [ι] reliquum Pgr. BK = reliquo KD. Q. E. D. η. 34. 1. θ. 2. ax. ι. 3. ax.

C PROP.

PROP. XLIV. PROBL.



Ad datam rectam lineam AB *dato triangulo* C *aequale parallelogrammum applicare in dato angulo rectilineo* D.

κ. 42. 1. Fiat [κ] triangulo C = Pgr. AEFG in angulo GAE, dato D aequali, & ponatur AE in directum ipsi AB, & producatur FG ad H, & per B ipsi FE vel GA ducatur parallela BH, & iungatur HA. Et quia ang. EFH + FHB

λ. 29. 1. = [λ] 2 rectis, ideoque ang. EFH + FHA <

μ. 11. ax. 2 rectis: recta HA producta occurret [μ] productae FE in K. Per K agatur ipsi FH vel EB parallela, quae rectis GA, HB productis occurrat in L & M. Dico, AM esse Pgr. desideratum.

ν. 43. 1. Nam [ν] Pgr. AM = AF [ξ] = △o C. Et

ξ. constr. ang. LAB = GAE = [ξ] D. Ergo ad datam rectam AB in dato angulo D applicatum est Pgr. AM triangulo C aequale. Q. E. F.

PROP. XLV. PROBL.

Dato rectilineo ABCD *aequale parallelogrammum constituere in dato angulo rectilineo* E.

Datum



Datum rectilineum resolue in triangula BA D, BCD, & fac [o] Pgr. FH = △ BAD, ita vt [o. 42. 1.] ang. F = E. Deinde ad HI fac [π] Pgr. HK = [π. 44. 1.] △ BCD, vt dato angulo E aequalis sit HIK.

Quia ang. F = E = HIK: erit ang. F + FIH = [ρ] HIK + FIH. Sed F + FIH = [σ] [ρ. 2. ax.] 2 rectis. Ergo [τ] & ang. HIK + FIH = 2 [σ. 29. 1.] [τ. 1. ax.] rectis, & IK est in directum [υ] ipsi FI. Ergo [υ. 14. 1.] ang. HIK = [σ] alterno GHI, & adeo ang. HIK + IHL = [ρ] GHI + IHL. Quare quum sint ang. HIK + IHL = [σ] 2 rectis, erunt & GHI + IHL = [τ] 2 rectis, & erit [υ] HL ipsi GH in [φ: constr. & dem.] directum. Hinc, ob GH, FK parallelas [φ], etiam GL, FK parallelae sunt; nec non GF, LK eidem [φ] HI parallelae, ipsae [χ] sunt parallelae. [χ. 30. 1.] Ergo FGLK est Pgr; & [φ] quia FH = △ ABD, & HK = △ BCD, totum Pgr. FGLK = [ρ] toti rectilineo ABCD. Q. E. F.

Scholium.



Hinc facile inuenitur excessus HE, quo rectilineum aliquod A superat rectilineum minus B: nimirum si ad quamuis rectam CD applicentur Pgr. DF = A, & DH = B.

PROP. XLVI. PROBL.



A data recta linea AB *quadratum describere.*

Ducatur ex A in AB perpendicularis ψ AC, in qua capiatur ω AD = AB. Per D ipsi AB, & per B ipsi AC ducantur α parallelae DE, BE. Erit BD quadratum, a data recta AB descriptum.

ψ. 11. 1.
ω. 3. 1.
α. 31. 1.

Est enim BD parallelogrammum. Ideo & β AB = DE, & AD = EB. Sed AD = AB. Ergo γ singula latera AD, AB, BE, DE inter se aequalia sunt. Quare BD est quadrilaterum aequilaterum. Et quoniam BD est Pgr. habens vnum rectum angulum A: δ anguli reliqui D E, B etiam recti erunt. Ergo BD est ε quadratum. Q. E. F.

β. 34. 1.
γ. 1. ax.
δ. sch. 29. 1.
ε. 29. def.

** Scholium.*

Eodem modo facile describes rectangulum, quod sub datis duabus rectis contineatur.

PROP. XLVII. THEOR.



In rectangulis triangulis ABC *quadratum* BC ED, *quod a latere* BC *rectum angulum* A *subtendente describitur, aequale est quadratis* BG, CH, *quae a lateribus* AB, AC *rectum*

rectum angulum comprehendentibus, describuntur.

Per A ipsi BD vel CE ducatur ζ parallela ζ. 31. 1.
AL, & iungantur AD, FC. Quoniam ergo
vterque ang. BAC, BAG rectus est: AC &
AG erunt η in directum. Eadem ratione & η. 14. 1.
BA, AH sunt in directum. Iam ang. DBC
= θ FBA, ideoque ang. DBA = ι FBC, & θ. 10. ax.
DB = κ BC, ac BA = FB: ergo λ △ ABD ι. 2. ax. κ. 29. def.
= FBC. Sed Pgr. BL, quod cum △ ABD λ. 4. 1.
est in eadem basi BD & in iisdem parallelis
BD, AL, est duplum μ △i ABD; & quadra- μ. 41. 1.
tum BG, quod cum △ FBC est in eadem basi
FB & in iisdem parallelis FB, GC, est μ du-
plum △ FBC. Ergo ν Pgr. BL = BG. Simi- ν. 6. ax.
liter ductis AE, BK ostendetur Pgr. CL =
CH. Totum ergo ξ quadratum BCED = ξ. 2. ax.
quadratis BG + CH. Q. E. D.

* *Scholium.*

Hoc nobilissimum & vtilissimum theorema ab inuentore *Pythagora* Pythagoricum dici meruit. Eius beneficio quadratorum additio & subtractio perficitur, quo spectant duo sequentia problemata.

Problema I.



Datis quotcunque quadratis unum omnibus aequale constituere.

Dentur quadrata tria: quorum latera sint AB, BC, CE.
o. 11. 1. Fac o ang. rectum FBZ infinita habentem latera, in eaque transfer BA & BC, & iunge
π. 47. 1. AC; erit π ACq = ABq + BCq. Tum AC transfer ex B in X, & CE tertium latus datum transfer ex B in E, & iunge EX: erit π EXq = EBq (vel CEq) +
ρ. 2. ax. BXq (vel ACq) = ρ CEq + BCq + ABq. Q. E. F.

Problema II.



Datis duabus rectis inaequalibus AB, BC, *exhibere quadratum, quo quadratum maioris* AB *excedit quadratum minoris* BC.

Centro B interuallo BA describe circulum. Ex C erige perpendicularem CE occurrentem peripheriae in E. Ducatur BE. Erit BEq (vel BAq)
σ. 47. 1. = σ BCq + CEq. Ergo τ BAq — BCq =
τ. 3. ax. CEq. Q. E. F.

PROP. XLVIII. THEOR.

Si quadratum, quod describitur ab uno BC *laterum trianguli* ABC, *aequale sit quadratis, quae a reliquis trianguli lateribus* AB, AC *describuntur: angulus* BAC *a reliquis duobus trianguli lateribus* AB, AC *comprehensus rectus erit.*



Ducatur enim [ν] ad AC perpendicularis AD, & fiat AD $=$ AB, & iungatur DC. ν. 11. 1.

Quoniam ergo DA $=$ AB: erit & DAq $=$ ABq, ideoque DAq $+$ ACq $=$ [φ] ABq $+$ ACq. Sed DAq $+$ φ. 2. ax.
ACq $=$ [χ] DCq, & ABq $+$ ACq $=$ [ψ] CBq. χ. 47. 1.
Ergo DCq $=$ CBq, ideoque DC $=$ CB. Hinc ψ. hyp.
quoniam AD $=$ AB, & latus AC commune: erit [ω] ang. BAC $=$ CAD. Rectus autem est ω. 8. 1.
[α] CAD. Quare & ang. BAC rectus est. Q. α. 10. def.
E. D.

* Scholium.

Sumtum est in demonstratione, ex eo quod DA $=$ AB sequi DAq $=$ ABq, & ex eo quod DCq $=$ CBq sequi DC $=$ CB. Hoc vero manifestum fiet ex sequenti theoremate.

* *Theorema.*



Linearum rectarum aequalium AB, CD *aequalia sunt quadrata* AF, CG. *Et quadratorum aequalium* NK, PM *aequalia sunt latera* IK, LM.

Pro 1. Hyp. Duc diametros EB, HD. Liquet
β. 34. 1. AF = β duplo △ EAB = γ 2 △ HCD = β
γ. 4. 1. & 6. ax. & CG. Ergo AF = CG. Q. E. D.

Pro 2. Hyp. Si fieri potest, sit LM > IK: fac
δ. 46. 1. LT = IK, sitque δ LS = LTq. Ergo LS = ε
ε. 1. part. NK = ζ LQ. Q. E. A η. Ergo LM = IK.
ζ. hyp. η. 9. ax. Q. E. D.

* *Schol.*

Eodem modo quaelibet rectangula inter se aequilatera aequalia ostendentur.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER II.

* *

DEFINITIONES.



1. Omne *parallelogrammum rectangulum* ABCD *contineri* dicitur *sub duabus rectis lineis* AB, AD quae rectum angulum A comprehendunt.



2. Omnis parallelogrammi FHIK vnumquodque eorum, quae circa HK diametrum ipsius sunt, parallelogrammorum EM, GA cum duobus complementis FB, BI *Gnomon* vocatur. (Hoc est, figura FHIMBEF vocatur gnomon, item figura FKIABGF.)

Breuitatis gratia has duas notas in hoc libro adhibemus.

Rgl. notat parallelogrammum rectangulum, veluti Rgl. BAD, lege rectangulum BAD.

$\times$ indicat etiam rectangulum, contentum sub duabus rectis, inter quas haec nota scripta est. E. gr. BA $\times$ AD indicat rectangulum sub rectis BA & AD contentum.

PROPOSITIO I. THEOR.



Si sint duae rectae lineae A, BC, *altera autem ipsarum* BC *secta fuerit in quotcunque partes* BD, DE, EC: *rectangulum sub duabus rectis* A, BC *contentum aequale est iis rectangulis* $A \times BD, + A \times DE, + A \times EC$, *quae sub recta linea non secta* A *&* *singulis alterius* BC *segmentis continentur.*

α. 11. 1. Ducatur enim [α] a puncto B ipsi BC perpendicularis BF, atque [β] fiat $BG = A$, & per G
β. 3. 1. ipsi BC parallela sit [γ] GH, per puncta vero D,
γ. 31. 1. E, C ipsi BG parallelae sint DK, EL, GH. Ergo [δ] Rgl. $BH =$ Rgl. $BK + DL + EH$. Sed
δ. sch. 29. 1. quia [ε] $BG = A$, erit Rgl. $BH =$ [ζ] $A \times BC$, &
ε. constr. Rgl. $BK = A \times BD$. Et quia [η] $DK = EL$
ζ. 1. def. 2. $= BG = A$, erit Rgl. $DL = A \times DE$, &
η. 34. 1. Rgl. $EH = A \times EC$. Quare $A \times BC = A \times BD, + A \times DE, + A \times EC$. Q. E. D.

* *Scholium.*

Hinc si fuerint duae rectae Y, Z, *secenturque ambae in quotcunque partes; rectangulum sub totis aequale est rectangulis sub partibus.*

Nam sint rectae Z partes A, B, C, & rectae Y partes D, E. Quia $D \times Z = D \times A + D \times B, + D \times C$; & $E \times Z = E \times A, + E \times B, + E \times C$; & $Y \times Z = D \times Z, + E \times Z$:
ϑ. 2. ax. erit [ϑ] $Y \times Z = D \times A, + D \times B, + D \times C, + E \times A, + E \times B, + E \times C$. Q. E. D.

PROP.

PROP. II. THEOR.



Si recta linea AB secetur vtcunque in C: rectangula sub tota AB & vtroque segmento AC, CB, contenta aequantur quadrato totius AB.

Describatur ex AB quadratum ι ABDE, ι. 46. 1.
& per C ducatur κ alterutri AE, BD parallela κ. 31. 1.
CF. Est igitur AD = Rgl. AF + CD =
AE × AC, + BD × CB = AB × AC, + λ. 29. def. 1.
AB × CB, quia λ AE = BD = AB. Ergo
Rgl. AB × AC, + AB × CB = quadrato
totius AD. Q. E. D.

PROP. III. THEOR.



Si recta linea AB secetur vtcunque in C: rectangulum sub tota AB & vno segmento BC contentum aequatur rectangulo sub segmentis AC, CB contento, & praedicti segmenti CB quadrato.

Describatur μ ex CB quadratum BCDE, μ. 46. 1.
& producatur ED in F & per A alterutri CD,
BE ducatur parallela AF. Ergo Rgl. AE =
Rgl. AD + quadrato CE. Et quia ν BE = ν. 29. def. 1.
CB, est Rgl. AE = AB × BC; item quia
CD = BC, est Rgl. AD = AC × CB.
Quare AB × BC = AC × CB, + CBq.
Q. E. D.

PROP.

PROP. IV. THEOR.



Si recta linea AB *secetur vtcunque in* C: *quadratum totius* AB *aequatur quadratis segmentorum* AC, CB, *&* *rectangulo bis contento sub segmentis* AC, CB.

ξ. 46. 1. Describatur ξ ex AB quadratum ADEB, iungatur BD, & per C alterutri AD, BE ducatur parallela CGF, per G vero alterutri AB, DE parallela HK. Erit ergo θ ang. BGC
θ. 29. 1. = ADB. Sed quia π AD = AB: ang. ρ
π. 29. def. 1. ABD = ADB; quare ang. BGC = σ CBG,
ρ. 5. 1.
σ. 1. ax. & ideo CB = τ CG. Est vero υ CB = GK,
τ. 6. 1. & CG = BK. Ergo CGKB est aequilaterum.
υ. 34. 1.
φ. sch. 29. 1. Sed est quoque φ rectangulum, ob angulum ABE π rectum. Quare CGKB est CBq. Eadem ratione HF est HGq, id est υ ACq. Et
χ. 43. 1. quoniam Rgl. AG = χ Rgl. GE, & ob CG = CB, Rgl. AG = AC × CB: erit & Rgl. GE = AC × CB. Ergo AG + GE = 2. AC × CB. Ergo ABq = CK + HF + AG + GE = CBq + ACq + 2.AC × CB. Q. E. D.

Aliter.

ψ. 32. 1. Quoniam ang. BAD π = recto: ang. ABD + ADB = ψ recto. Sed quum sit π AB =
ω. 5. 1. AD, ideoque ω ang. ABD = ADB; erit ang. ABD = $\frac{1}{2}$ recto. Et quoniam ang. BAD rectus est: ang. BCG etiam α rectus erit. Quare
α. 29. 1. in △ BCG reliquus angulus BGC etiam =

ψ. $\frac{1}{2}$

$^{\psi}\frac{1}{2}$ recto. Hinc $^{\beta}$ GC = CB; & quia GC ψ. 32. 1.
= $^{\gamma}$ BK, ac CB = GK, erit CK aequilate- β. 6. 1.
rum. Est vero & rectangulum, ob ang. ABE γ. 34. 1.
rectum. Ergo CK est CBq. Eadem ratione *&c. vt supra.*

Coroll. 1. Ex his manifestum est, in quadratis parallelogramma, quae sunt circa diametrum, esse quadrata.

* *Cor. 2.* Item, diametrum cuiusuis quadrati angulos eius bisecare.

* *Schol.* Si AC = $\frac{1}{2}$ AB: erit ABq = 4 ACq & ACq = $\frac{1}{4}$ ABq. Et contra si ABq = 4 ACq: erit AC = $\frac{1}{2}$ AB.

PROP. V. THEOR.



Si recta linea AB *secetur in aequalia* AC, CB, *& inaequalia* AD, DB: *rectangulum* AD × DB *sub inaequalibus totius segmentis contentum vna cum quadrato rectae* CD *inter puncta sectionum aequatur quadrato dimidiae* BC.

Describatur $^{\delta}$ ex CB quadratum CBFE, δ. 46. 1.
iungatur BE, & per D alterutri CE, BF parallela DHG, ac per H alterutri AB, EF parallela KLM, per A denique alterutri CL, BF
parallela AK ducatur. Et quia $^{\varepsilon}$ CH = HF, ε. 43. 1.
erit $^{\zeta}$ CM = DF. Sed CM = $^{\eta}$ AL: quare ζ. 2. ax.
AL = DF, &, addito communi CH, AH $^{\zeta}$ = η. 36. 1.
gnomoni

gnomoni NPO, &, tandem addito communi
LG, $AH + LG = CBq$. Est autem ob DH
ϑ. 1. cor. 4. 2. $=$[ϑ] DB, Rgl. $AH = AD \times DB$, & LG est[ϑ]
ι. 34. 1. & $LHq =$[ι] CDq. Ergo $AD \times DB + CDq$
schol. 48. 1. $= CBq$. Q. E. D.

* *Scholia.*

1. Hoc theorema paullo aliter sic effertur: *Rectangulum sub summa* AD *& differentia* DB *duarum rectarum* AC (vel CB) & CD, *aequatur differentiae quadratorum ex ipsis.*

2. *Si* AB *aliter diuidatur, propius scilicet puncto bisectionis, in* E: *dico* $AE \times EB > AD \times DB$. Nam
$AE \times EB + CEq =$[κ] CBq
κ. 5. 2. $=$[κ] $AD \times DB + CDq$.
Ergo quum $CEq < CDq$:
λ. 5. ax. erit [λ] $AE \times EB > AD \times DB$. Q. E. D.



3. Hinc $ADq + DBq > AEq + EBq$. Nam
μ. 4. 2. $ADq + DBq + 2\,AD \times DB =$[μ] $ABq =$[μ] $AEq + EBq + 2\,AE \times EB$. Ergo quum $2\,AE \times EB > 2\,AD \times DB$: erit $ADq + DB > AEq + EBq$. Q. E. D.

ν. 3. ax. 4. Ex quibus simul patet, esse [ν] $ADq + DBq - AEq - EBq = 2\,AE \times EB - 2\,AD \times DB$.

PROP.

PROP. VI. THEOR.



Si recta linea AB *secetur bifariam in* C, *&* *illi recta quaecunque linea* BD *in directum adiiciatur: rectangulum* AD × BD *contentum sub composita ex tota cum adiecta & adiecta, vna cum quadrato dimidiae* CB, *aequatur quadrato compositae* CD *ex dimidia & adiecta tanquam vnius lineae.*

Describatur ex CD quadratum CDFE, iungatur ED, per B alterutri CE, DF sit parallela BHG, & per H ipsi AD vel EF parallela KLM, & adhuc per A ipsi CL vel DM parallela AK. Itaque quia AC = CB, Rgl. AL = [ξ] CH = [σ] HF. Addito communi CM, erit ξ. 36. 1.
AM = gnom. NPO. Atqui ob DM [π] = σ. 43. 1.
DB est AM = AD × DB. Ergo AD × DB π. 1. cor. 4. 2.
= gnom. NPO. Sed ob CB = [ρ] LH, est ρ. 34. 1.
CBq = [π] LG. Ergo AD × DB + CBq = gnom. NPO + LG = CDq. Q. E. D.

PROP. VII. THEOR.



Si recta linea AB *secetur vtcunque in* C: *quadrata totius* AB *& vnius e segmentis* BC *simul sumta aequantur rectangulo* 2 AB $\times$ BC *bis contento sub tota & dicto segmento, vna cum* ACq *quadrato reliqui segmenti.*

Describantur enim ex AB quadratum AE, &in eo reliquae figurae, vt antea. Quoniam
σ. 43. 1. AH $=$ [σ] HE, erit [τ] AF $=$ CE, & AF $+$ CE
τ. 2. ax. $=$ 2 AF. Sed AF $+$ CE $=$ gnom. KLM $+$ CF: ergo gnomon KLM $+$ CF $=$ 2 AF. Iam
υ. 1. corol. quum [υ] CF sit CBq, & hinc BF $=$ BC: erit
4. 2. 2 AB $\times$ BC $=$ 2 AF, ideoque gnomon KLM $+$ BCq $=$ 2 AB $\times$ BC. Ergo addito vtrinque GN $=$ ACq, erit ABq $+$ BCq $=$ 2 AB $\times$ BC $+$ ACq. Q. E. D.

* *Scholium.*

Hinc quadratum differentiae duarum rectarum AB, BC, aequale est quadratis vtriusque minus duplo rectangulo sub ipsis. Nam ABq $+$ BCq
φ. 3. ax. $-$ 2 AB $\times$ BC $=$ [φ] ACq $=$ (AB $-$ BC) q.

PROP.

PROP. VIII. THEOR.



Si recta linea AB secetur vtcunque in C: rectangulum quater contentum sub tota AB & vno e segmentis BC, vna cum quadrato reliqui segmenti AC, aequatur quadrato compositae ex tota AB & praedicto segmento BC tanquam vnius lineae.

In producta AB fiat BD = BC, & describatur ex AD quadratum AEFD, & reliquae figurae describantur bis, quae in praecedente propositione. Ergo quia CB = BD, & [κ] CB = GK, ac BD = KN: erit GK = KN. Eadem ratione PR = RO. Hinc [ψ] Rgl. CK = Rgl. BN, & Rgl. GR = Rgl. KO. Sed Rgl. CK = [ω] Rgl. KO. Quare & Rgl. BN = Rgl. GR; ideoque CK + BN + GR + KO = 4 CK. Porro GC [κ] = BK = [α] BD, & BC = BD, ideoque CG = CB. Sed & [α] GP = GK = CB. Ergo CG = GP, & Rgl. AG = [ψ] Rgl. MP. Eadem ratione ob PR = RO est Rgl. PL = Rgl. RF. Quum autem in pgr. ML sit MP = [ω] PL: erit AG = RF; hinc AG + MP + PL + RF = 4 AG. Sed ostensum est, quod CK + BN + GR + KO = 4 CK. Quare [β] totus gnomon STV D = 4

κ. 34. 1.
ψ. 36. 1.
ω. 43. 1.
α. 1. coroll. 4. 2.
β. 2. ax.

$= 4$ AK. Sed ob BK $=$ BD $=$ BC est AK $=$ AB $\times$ BC. Ergo gnomon STV $= 4$ AB $\times$ BC. Denique quia IP $=$ [x] AC, [x] est IH vel [α] IPq $=$ ACq. Quare [β] totum quadratum AF, id est (AB $+$ BC)q $= 4$ AB $\times$ BC $+$ ACq. Q. E. D.

PROP. IX. THEOR.



Si recta linea AB *secetur in aequalia* AC, CB *& inaequalia* AD, DB: *quadrata inaequalium segmentorum* ADq $+$ DBq *sunt dupla quadratorum a dimidia, & a recta inter puncta sectionum*, 2 ACq $+$ 2 CDq.

γ. 11. 1. Ex C ducatur [γ] in AB perpendicularis, in
δ. 3 1. qua fiat [δ] CE $=$ AC. Iungantur AE, EB, &
ε. 31. 1. per D ipsi CE [ε] parallela DF, & per F ipsi
AB parallela FG agantur, iungaturque AF.
ζ. 5. 1. Itaque quia [ζ] EAC $=$ AEC, &, ob ang. ACE
rectum, EAC $+$ AEC $=$ [η] recto: vterque
ang. EAC, AEC $= \frac{1}{2}$ rect. Eadem ratione
vterque ang. EBC, BEC $= \frac{1}{2}$ rect. Ergo totus ang. AEB rectus est. Et quia ang. GEF
η. 3. schol. 32. 1. $= \frac{1}{2}$ recti, EGF vero [θ] $=$ ECB $=$ recto: reliquus EFG etiam [ι] $= \frac{1}{2}$ recti. Hinc ang.
θ. 29. 1.
ι. 32. 1. GEF $=$ EFG, & [κ] GF $=$ EG. Eadem ratione DF $=$ DB. Et quoniam AC $=$ CE, ideo-
κ. 6. 1. que [λ] ACq $=$ CEq: erit ACq $+$ CEq $= 2$
λ. sch. 48. 1. ACq. Est vero ACq $+$ CEq $=$ [μ] AEq. Ergo AEq

go AEq $=$ 2 ACq. Eadem ratione est EFq $=$ [μ] 2 GFq $=$ 2 CDq. Quare AEq $+$ EFq, [μ. 47. 1.] id est [λ] AFq $=$ 2 ACq $+$ 2 CDq. Sed AFq $=$ [μ] ADq $+$ DFq $=$ ADq $+$ DBq. Er- [ν. 2. ax.] go ADq $+$ DBq $=$ [ν] 2 ACq $+$ 2 CDq. Q. E. D.

* *Scholium.*

Aliter effertur sic: *Aggregatum quadratorum ex summa* AD *& differentia* DB *duarum rectarum* AC, CD *aequatur duplo quadratorum ex ipsis* AC, CD.

PROP. X. THEOR.



Si recta linea AB *secetur bifariam in* C, *& illi recta quaecunque linea* BD *in directum adiiciatur: quadratum compositae* AD *ex tota & adiecta, & quadratum adiectae* BD *simul sumta sunt dupla & quadrati ex dimidia* AC, *& quadrati compositae* CD *ex dimidia & adiecta, tanquam unius lineae.*

Ducatur enim [ξ] ex C ipsi AD, perpendicu- [ξ. 11. 1.] laris CE, & fiat alterutri AC, CB aequalis, [ο. 31. 1.] iunganturque AE, EB, & per E quidem [ο] du- [π. 29. 1.] catur ipsi AD parallela EF, per D vero ipsi CE parallela DF. Et quoniam anguli FEC $+$ EFD $=$ [π] 2 rectis: ang. FEB $+$ EFD $<$

D 2 2 rect.



2 rect. ideoque rectae EB, FD productae conuenient ρ ad partes BD. Producantur & conueniant in G, & iungatur AG.

ρ. 11. ax.

σ. 5. 1.
τ. 32. 1.
υ. 2. ax.
φ. 15. 1.
χ. 6. 1.
ψ. 34. 1.
ω. sch. 48. 1.
α. 47. 1.
β. 34. 1. & sch. 48. 1.

Itaque quia EAG $=$ σ CEA, &, ob ang. ACE rectum, EAC $+$ CEA $=$ τ recto, erit vterque ang. EAC, CEA $= \frac{1}{2}$ recti. Eadem ratione vterque ang. CEB, EBC $= \frac{1}{2}$ recti. Ergo υ AEB $=$ recto. Quia φ DBG $=$ EBC, & hinc DBG $= \frac{1}{2}$ recti, BDG vero $=$ π ECB $=$ recto: erit τ ang. BGD $= \frac{1}{2}$ recti $=$ DBG, ideoque DG $=$ χ BD. Et quum ergo BGD $= \frac{1}{2}$ recti, ac ang. EFG $=$ ψ ECD $=$ recto: erit quoque τ ang. FEG $= \frac{1}{2}$ recti $=$ EGF, & hinc χ EF $=$ FG. Porro quia, ob AC $=$ CE, est ACq $=$ ω CEq, & ACq $+$ CEq $=$ 2 ACq: erit α AEq $=$ 2 ACq. Simili ratione EGq $=$ 2 EFq $=$ β 2 CDq. Quare υ AGq ($=$ α AEq $+$ EGq) $=$ 2 ACq $+$ 2 CDq. Sed AGq $=$ α ADq $+$ DGq $=$ ADq $+$ BDq. Ergo ADq $+$ BDq $=$ 2 ACq $+$ 2 CDq. Q. E. D.

PROP.

PROP. XI. PROBL.



Datam rectam lineam AB *ita secare, vt rectangulum sub tota* AB *& altero segmento aequetur quadrato reliqui segmenti.*

Describatur [γ] ex AB quadratum ABDC, seceturque [δ] AC bifariam in E, ducatur EB, & in producta EA fiat EF = [ε] EB, ac describatur ex AF quadratum AFHG, & producatur HG ad K. Dico AB ita sectam esse in G, vt sit AB × BG = AGq.

γ. 46. 1.
δ. 10. 1.
ε. 3. 1.

Nam [ζ] CF × FA + AEq = EFq = [η] EBq. Sed EBq = [θ] ABq + AEq. Ergo CF × FA + AEq = ABq + AEq, & hinc [ι] CF × FA = ABq. Iam quia [κ] AF = FH, erit CF × FA = Rgl. FK. Est vero ABq = AD (per constr.) Ergo Rgl. FK = AD. Hinc ablato communi GC, erit FG = GD. Sed FG est AGq, & ob BD = [κ] AB est GD = AB × BG. Ergo AB × BG = AGq. Q. E. D.

ζ. 6. 2.
η. sch. 48. 1.
θ. 47. 1.
ι. 3. ax.
κ. 29. def. 1.

PROP. XII. THEOR.



In triangulis amblygoniis ABC *quadratum lateris* BC, *subtendentis angulum obtusum* A, *maius est quam quadrata laterum* AC, AB, *angulum obtusum* A *comprehendentium, rectangulo bis contento sub vno laterum* CA, *circa angulum obtusum, in quod productum perpendicularis* BD *cadit, & recta* AD *extra intercepta a perpendiculari* BD *ad angulum obtusum.* (Hoc est: $BCq = CAq + ABq + 2\,CA \times AD$.)

λ. 4. 2. Nam [λ] $CDq = CAq + ADq + 2\,CA$
μ. 2. ax. $\times AD$, ideoque [μ] $CDq + DBq = CAq + ADq + DBq + 2\,CA \times AD$. Sed CDq
ν. 47. 1. $+ DBq$ [ν] $= CBq$, & $ADq + DBq = ABq$. Ergo $CBq = CAq + ABq + 2\,CA \times AD$. Q. E. D.

PROP. XIII. THEOR.



In triangulis oxygoniis ABC *quadratum lateris* BC, *subtendentis angulum acutum* A, *minus est quam quadrata laterum* AC, AB *comprehendentium angulum acutum, rectangulo bis contento sub vno laterum circa angulum acutum* CA, *in quod perpendicularis* BD *cadit, & recta* AD *intus intercepta a perpendiculari ad angulum acutum*

acutum. (Hoc eſt: BCq + 2 CA $\times$ AD = CAq + ABq.)

Nam [ξ] CAq + ADq = 2 CA $\times$ AD + ξ. 7. 2.
CDq; hinc [o] CAq + ADq + BDq = 2 o. 2. ax.
CA $\times$ AD + CDq + BDq. Iam [π] ABq π. 47. 1.
= ADq + BDq, & BCq = CDq + BDq.
Ergo CAq + ABq = BCq + 2 CA $\times$ AD.
Q. E. D.

* *Schol.* Hinc demonſtratur, *in omni parallelogrammo* ABDC *quadrata e diametris* AD, BC *aequalia eſſe quadratis laterum ſimul ſumtis.* Nam ductis perpendicularibus AE, BF, eſt ADq =
[ρ] DCq + CAq + 2 DC $\times$ CE, & BCq + 2 DC ρ. 12. 2.



$\times$ DF = [σ] CDq + BDq.
Eſt autem CDq = [τ] ABq; σ. 13. 2.
& ob ang. AEC = [υ] BFD, τ. 34. 1.
ac ACE = [φ] BDF, ac AC υ. 10. def. 1. & 16. ax.
= [τ] BD, eſt CE = [χ] DF: φ. 29. 1.
ergo BCq + 2 DC $\times$ CE = ABq + BDq. Quare χ. 26. 1.
[ψ] ADq + BCq + 2 DC $\times$ CE = ABq + ψ. 2. ax.
BDq + DCq + CAq + 2 DC $\times$ CE, & ergo
[ω] ADq + BCq = ABq + BDq + DCq + ω. 3. ax.
CAq. Q. E. D.

PROP. XIV. PROBL.



Dato rectilineo A *aequale quadratum constituere.*

α. 45. 1. Constituatur rectilineo A aequale [α] pgr. rectangulum BD. Si igitur BE = ED: erit
β. 29. def. & 34. 1. BD quadratum [β] desideratum. Sin minus: erit alterutrum latus BE > ED, & tunc producatur BE, donec EF = [γ] ED, & bisecta [δ]
γ. 3. 1.
δ. 10. 1. BF in H describatur circulus interuallo HB vel HF, & producatur DE in G. Dico fore EGq = A.

ε. 5. 2. Nam iungatur HG: & est [ε] BE × EF +
ζ. 15 def. & sch. 48. 1. HEq = HFq = [ζ] HGq. Sed ob ang. HEG [η]
η. 1. sch. 13. rectum, est [θ] HGq = EGq + HEq. Qua-
θ. 47. 1. re EGq + HEq = [ι] BE × EF + HEq,
ι. 1. ax. atque EGq = [κ] BE × EF. Est autem ob [λ]
κ. 3. ax.
λ. constr. EF = ED, BE × EF = Rgl. BD = [λ] A. Ergo EGq = [ι] A. Q. E. D.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTORVM

LIBER III.

* *

DEFINITIONES.

1. *Aequales circuli* ſunt, quorum diametri ſunt aequales, vel quorum quae ex centris ſunt aequales.



2. *Recta linea* AB *circulum* C *contingere* dicitur, quae contingens circulum (in D) & producta ipſum non ſecat.

3. *Circuli* C, & E, *contingere ſeſe* dicuntur, qui contingentes ſe mutuo (in F) ſe non ſecant.



4. In circulo *aequaliter diſtare a centro* G *rectae* lineae HI, KL dicuntur, quando a centro ad ipſas perpendiculares GM, GN ductae ſunt aequales.

5. *Magis* autem *diſtare a centro* G dicitur ea OP, in quam maior perpendicularis GQ cadit.



6. *Segmentum circuli* est figura ACBA, quae sub recta linea AC & circuli circumferentia ABC comprehenditur.

7. *Angulus segmenti* est ACD, qui recta linea AC & circuli circumferentia CD comprehenditur.

8. *Angulus in segmento* ACBA est, quando in circumferentia ABC segmenti sumitur aliquod punctum B, atque ab ipso ad terminos A, C, lineae eius AC, quae basis est segmenti, rectae lineae BA, BC ducuntur, angulus ABC a ductis lineis BA, BC comprehensus.

9. Quando autem comprehendentes angulum ABC rectae lineae BA, BC intercipiunt circumferentiam ADC: illi *circumferentiae* ADC *insistere angulus* ABC dicitur.



10. *Sector circuli* est, quando angulus EGF ad centrum G constiterit, figura GEFG contenta rectis lineis GE, GF angulum comprehendentibus, & circumferentia EF ab ipsis intercepta.

11. *Similia circulorum segmenta* sunt, quae angulos capiunt aequales: vel in quibus anguli sunt inter se aequales.

PROP.

PROPOSITIO I. PROBL.

Dati circuli ACB *centrum inuenire.*



Ducatur in ipſo recta AB vtcunque, quae biſecetur [α] in D. A puncto D ipſi AB ad rectos [β] ducta DC producatur in E, & biſecetur CE in F. Dico, punctum F centrum eſſe circuli ABC.
α. 10. 1.
β. 11. 1.

Si negas: centrum eſto G extra rectam CE. (Nam in ea praeter F nullum [γ] eſſe poteſt.) Ducantur GA, GD, GB. Ergo GA = [γ] GB, & AD = [δ] DB; latus vero GD commune: hinc [ε] ang. GDA = GDB. Eſt ergo [ζ] ang. GDA rectus, ideoque [η] angulo CDA aequalis. Q. E. A [θ].
γ. 15. def. 1.
δ. conſtr.
ε. 8. 1.
ζ. 10. def. 1.
η. 10. ax.
θ. 9. ax.

Coroll. Ex hoc perſpicuum eſt, *ſi in circulo recta linea* CD *rectam* AB *bifariam & ad angulos rectos ſecat, circuli centrum eſſe in ſecante* CD.

PROP. II. THEOR.



Si in circumferentia circuli ABC *duo quaelibet puncta* A, B *ſumantur: quae ipſa coniungit recta linea* AB *intra circulum cadit.*

Si enim non: cadet extra, vt AEB. Sumatur [ι] circuli centrum D, & ducantur rectae DA, DB, DFE.
ι. 1. 3.



DFE. Quoniam ergo DA
κ. 15. def. 1. = κ DB: erit ang. DAE =
λ. 5. 1. λ DBE. Et quum trianguli
ADE latus AE productum
μ. 16. 1. sit in B: erit μ ang. DEB >
DAE, ergo & ang. DEB
ν. 14. ax. > ν DBE, & DB > ξ DE.
ξ. 19. 1. Sed DB = κ DF. Quare ν DF > DE. Quod fieri nequit, quia E extra circulum esse ponitur. Similiter ostendemus rectam AB nec in circumferentiam cadere. Ergo intus cadat necesse est. Q. E. D.

PROP. III. THEOR.



Si in circulo ABC *recta linea* CD *per centrum* E *ducta rectam lineam* AB *non ductam per centrum, bifariam secat* in F: *& ad angulos rectos ipsam secabit. Quod si ad angulos rectos ipsam* AB *secet: & bifariam secabit.*

Ducantur EA, EB.

ο. 15. def. 1. *1. Hyp.* Quoniam AF = FB, & EA = ο
π. 8. 1. EB, & latus EF commune: est π ang. AFE
ρ. 10. def. 1. = BFE, & ergo ρ vterque rectus. Q. E. D.

σ. 10. ax. *2. Hyp.* Quoniam ang. AFE = σ BFE, &
τ. 5. 1. EA = EB, & ergo τ ang. EAF = EBF: est
υ. 26. 1. υ AF = FB. Q. E. D.

* *Coroll.* Hinc *in omni triangulo aequilatero & isosceli linea recta ab angulo verticis bisecans basin, perpen-*

perpendicularis est basi; & contra perpendicularis ab angulo verticis bisecat basin; & perpendicularis e puncto medio basis angulum ad verticem bisecat.

PROP. IV. THEOR.

Si in circulo ABCD *duae rectae* AC, BD *non ductae per centrum se inuicem secent* in E: *sese bifariam non secabunt.*



Si enim fieri potest, sit AE = EC, & BE = ED. Sumatur φ centrum circuli F, iungaturque FE. Erit ergo χ ang. FEA rectus, nec non ang. FEB rectus erit. Quare erit ψ ang. FEA = FEB. Q. E. A ω.

φ. 1. 3.
χ. 3. 3.
ψ. 10. ax.
ω. 9. ax.

PROP. V. THEOR.



Si duo circuli ABC, CDH *se inuicem secent* in B, C: *non erit ipsorum idem centrum.*

Nam si fieri potest, sit E commune centrum. Iungatur CE, & ducatur recta EFH vtcunque. Erit ergo α, in circulo ABC, EF = EC, & in altero circulo, EH = EC, ideoque EF = EH. Q. F. N β.

α. 15. def. 1.
β. 9. ax.

PROP.

PROP. VI. THEOR.



Si duo circuli ABC, CDE *sese intra contingunt* in C: *ipsorum idem centrum non erit.*

Si enim fieri potest, sit eorum idem centrum F. Iungatur CF, & ducatur vtcunque FEB.

γ. 15. def. 1. δ. 9. ax. Foret γ FB = FC = FE. Q. E. A δ.

PROP. VII. THEOR.

Si in circuli ABCD *diametro* AD *aliquod punctum* F *sumatur, quod non sit centrum circuli, & ab eo* F *in circulum cadant quaedam rectae lineae* AFD, FB, FC, FH: *maxima quidem erit* FA, *in qua centrum* E, *reliqua vero* FD *minima; aliarum autem semper propinquior* FB *ei* FC, *quae per centrum, maior est remotiore* FC; *duaeque tantum aequales ab eodem puncto* F *in circulum cadent ex vtraque parte minimae* FD.



ε. 20. 1.

ζ. 15. def. 1. & 2. ax.

η. 14. ax.

θ. 24. 1.

1. Iungantur EB, EC, EH. Et quia ε FE + EB > FB, ac FE + EB = ζ FA: erit FA > η FB. Rursus quia EB = EC, & EF latus commune, & ang. BEF > CEF: est θ FB > FC. Eadem ratione & FC > FH. Rursus quia

FH

FH + FE > [ι] EH, & ED = EH: est FH + FE > [η] ED, ac ergo FH > [ϑ] FD. Maxima ergo est FA, minima FD, & FB > FC > FH. Q. E. D. ϑ. 5. ax.

2. Fiat [ι] ang. DEG = DEH, & ducatur FG; & quum praeterea EG = EH, & communis EF: erit [κ] FG = FH. Omnis autem alia vt FK aut maior aut minor erit [λ], quam FG. Ergo duae tantum aequales FH, FG in circulum cadent. Q. E. D. ι. 23. 1. κ. 4. 1. λ. per partem. 1.

PROP. VIII. THEOR.



Si extra circulum ABC *aliquod punctum* D *sumatur, atque ab eo ad circulum ducantur quaedam rectae lineae, quarum vna* DA *per centrum* M *transeat, reliquae vero* DE, DF, *vtcunque: earum quidem, quae in concauam circumferentiam cadunt, maxima est* DA, *quae per centrum transit, aliarum autem* DE, DF, DC *semper propinquior ei* DA, *quae per centrum, maior est remotiore; earum vero, quae in connexam circumferentiam cadunt, minima est* DH, *quae inter punctum* D *&* *diametrum* HA *interiicitur, aliarum autem* DK, DL,



DL, DG *semper quae propinquior minimae* DH *minor est remotiore; duaeque tantum aequales a puncto* D *in circulum cadunt ex vtraque parte minimae* DH.

μ. 20. 1.
ν. 15. def. 1. & 2. ax.
ξ. 14. ax.
ο. 24. 1.

1. Iungantur ME, MF, MC, MG, ML, MK. Et quia μ DM + ME > DE, atque DM + ME = ν DA: est DA > ξ DE. Rursus quia ME = MF, & communis MD, & ang. DME > DMF: est DE > ο DF. Similiter DF > DC. Maxima ergo est DA, & huic propinquior remotiore semper maior. Q. E. D.

π. 5. ax.
ρ. 21. 1.

2. Quia MK + DK > μ MD, & MK = MH: est DK > π DH, vel DH < DK. Porro quum ρ DK + KM < DL + LM, & KM = LM: est DK < DL. Eadem ratione DL < DG. Minima ergo est DH, & huic propinquior remotiore minor. Q. E. D.

σ. 23. 1.
τ. 4. 1.
υ. per partem 2.

3. Ponatur σ ang. BMD = KMD; & quia KM = BM, ac communis DM: est τ DK = DB. Et omnis alia vt DN in circulum cadens aut maior est aut minor υ, quam DB vel DK. Quare duae tantum rectae DK, DB aequales ex D in circulum cadunt. Q. E. D.

PROP.

PROP. IX. THEOR.



Si intra circulum ABC *sumatur aliquod punctum* D, *atque ab eo in circulum cadant plures, quam duae rectae lineae* DA, DB, DC *aequales: punctum* D, *quod sumitur, erit centrum circuli.*

Iungantur enim AB, BC, & bisecentur in E, F, & iunctae DE, DF ad K, H, L, G producantur. Quia ergo AE = EB, ED = ED, & basis AD = BD: est φ ang. AED = BED. φ. 8. 1.
Ergo KH ipsam AB bifariam & ad angulos rectos χ secat, & ergo ψ in KH centrum circuli χ. 10. def. 1
est. Eadem ratione & in LG est centrum ψ. cor. 1. 3
circuli ABC. Nullum autem punctum praeter D commune habent ω rectae LH, LG. ω. 12. ax.
Ergo D est centrum circuli ABC. Q. E. D.

Aliter.

Si D non sit centrum circuli ABC: sit illud I. Ducatur recta HIDK. Erit ergo DC α. 7. 3.
α > DB. Sed & DC = DB β. Q. E. A. β. hyp.

PROP. X. THEOR.



Circulus circulum in pluribus quam duobus punctis non secat.

Si enim fieri potest, circulus ABC circulum BEF secet in punctis

E



ctis B, H, G. Iunctae
γ. 10. 1. BG, BH biſectae ſint γ in
K, L punctis, a quibus
ipſis BG, BH ad rectos
angulos ductae ſint AK
OC, ELOM. Erit er-
δ. cor. 1. 3. go δ in vtraque AC,
EM centrum circuli ABC, ideoque O erit
centrum circuli ABC. Eadem ratione O eſt
ε. 5. 3. centrum circuli BEF. Q. F. N ε.

Aliter.

ζ. 1. 3. Circuli ABC centrum ſumatur ζ, quod
η. 15. def. 1. ſit O. Iungantur OG, OB, OH, quae η ae-
ϑ. 9. 3. quales erunt. Erit ergo O quoque centrum ϑ
circuli BEF. Q. F. N ε.

PROP. XI. THEOR.



Si duo circuli ABC, ADE *ſeſe intus contingant, & ſumantur centra ipſorum* F, H: *recta linea ipſorum centra coniungens producta in circulorum contactum* A *cadet.*

Si negas: ſint centra F, H
in alia recta FDG, quae non cadat in conta-
ι. 20. 1. ctum A. Iungantur AF, AH. Erit ergo ι
κ. 5. ax. λ. 15. def. 1. $AH + HF > AF$ vel FG, & proinde κ AH
μ. 14. ax. $> HG$. Sed AH λ $=$ HD. Ergo HD $>$ μ
HG. Q. F. N.

PROP.

PROP. XII. THEOR.



Si duo circuli ABC, ADE *sese extra contingant* in A: *recta linea ipsorum centra coniungens per contactum transibit.*

Si enim centra F & G essent in alia recta FCDG per contactum A non transeunte: iunctis AF, AG, foret, ob FC =[ν] FA, & GD ν. 15. def. 1.
= AG, tota FG > FA + AG. Q. E. A[ξ]. ξ. 20. 1.

PROP. XIII. THEOR.



Circulus circulum non contingit in pluribus punctis quam vno, siue intus, siue extra contingat.

1. Si enim fieri potest, contingat circulum ABDC circulus BEDF intus in duobus punctis B, D. Sumantur centra horum circulorum[ο] H, G, & iungatur HG, quae produ- ο. 1. 3.
cta[π] in puncta B & D cadet. Sed quia BH[ρ] π. 11. 3.
= HD, erit BH >[σ] GD, & a potiori BG > ρ. 15. def. 1. σ. 14. ax.
GD. Est vero[ρ] & BG = GD. Q. E. A.

2. Si fieri potest, contingat circulus ACK circulum ABC in duobus punctis A, C extra.

 Iunga-

τ. 2. 3. Iungatur A C, quae [τ] intra vtrumque circulum cadet. Sed quia circulus A K C circulum
υ. hyp. A B C extra [υ] contingit: recta intra circulum
φ. 3. def. 3. A K C ducta extra circulum A B C [φ] cadet. Ergo A C simul intra & extra circulum A K C cadet. Q. E. A.

PROP. XIV. THEOR.



In circulo ABDC *aequales rectae lineae* AB, CD *aequaliter distant a centro* E. *Et quae* A B, C D *aequaliter distant a centro* E, *sunt inter se aequales.*

Ex centro E ad rectas A B,
χ. 12. 1. C D demittantur [χ] perpendiculares E F, E H, & iungantur E A, E C.

ψ. 3. 3. 1. Quia ergo [ψ] $AF = AB$: erit $\frac{1}{2} AB = AF$. Eadem ratione $\frac{1}{2} CD = HC$. Et quia
ω. 7. ax. $AB = CD$: erit [ω] $AF = HC$. Deinde quia
α. 15. def. 1. $AE =$ [α] EC, & hinc [β] $AEq = ECq$: erit [γ]
β. sch. 48. 1. $AFq + EFq = HCq + EHq$. Sed AFq
γ. 47. 1. & 1. ax. $=$ [β] HCq. Ergo [δ] $EFq = EHq$, ideoque [β] $EF = EH$. Rectae ergo A B, C D a centro
δ. 3. ax.
ε. 4. def. 3. E [ε] aequaliter distant. Q. E. D.

2. Quia [ε] $EF = EH$, & hinc $EFq = EHq$: & praeterea $EFq + AFq =$ [γ] $EHq + CHq$: erit $AFq =$ [δ] CHq, & hinc $AF =$ [β] CH,
ζ. 6. ax. & $AB =$ [ζ] CD. Q. E. D.

PROP. XV. THEOR.



In circulo maxima quidem est diameter AD, *aliarum vero semper propinquior* BC *centro* E *maior est remotiore* FH.

Ducantur a centro ad BC, FH perpendiculares EG, EK: & erit EK > ν EG. Ponatur EL = EG, & per L ipsi EK perpendicularis ϑ ducatur MLN, & iungantur EM, EN, EF, EH. Quoniam EL = EG, erit ι MN = BC. Quia ME = AE, & NE = ED: erit κ ME + EN = AD. Sed ME + EN > λ MN. Ergo AD > μ MN, & AD > BC. Deinde quia ME = FE, & NE = HE, ang. vero MEN > FEH: erit ν basis MN > FH, ergo & BC > μ FH. Maxima ergo est AD, & BC maior quam FH. Q. E. D.

ν. 5. def. 3.
ϑ. 11. 1.
ι. 14. 3.
κ. 2. ax.
λ. 20. 1.
μ. 14. ax.
ν. 24. 1.

PROP. XVI. THEOR.



Recta EA *diametro* AB *circuli* ABC *ad rectos angulos ab extremitate* A *ducta cadit extra circulum. Et in locum, qui inter rectam lineam* AE, *&* *circumferentiam interiicitur, altera recta linea* non



non cadet. Et semicirculi, angulus CAB *maior est quouis angulo rectilineo acuto, reliquus autem* CAE *minor.*

1. Si fieri potest, cadat recta EA intus, & secet circulum in G. Ex centro ducatur DG. Quoniam DA = DG,

ξ. 5. 1. ο. 17. 1. erit ang. AGD = ξ GAD = recto. Q. E. A ο. Similiter ostenditur, EA nec in circumferentiam cadere posse. Ergo extra circulum cadet. Q. E. D.

2. Si fieri potest, cadat recta FA inter EA, & circumferentiam AC. A centro D ad AF ducatur perpendicularis DH. Et quoniam

π. 10. def. 1. ang. AHD rectus π est, & ang. DAH recto

ς. 10. & 14. ax. DAE minor: erit ang. DAH < ς AHD, &

σ. 19. 1. ergo HD < σ AD. Sed AD = DC: ergo

τ. 9. ax. HD < DC. Q. E. A τ.

3. Si quis angulus rectilineus acutus vt FAB maior esset angulo semicirculi CAB, vel aliquis angulus vt EAE minor angulo CAE: recta FA caderet inter perpendicularem EA, & circumferentiam AC. Q. F. N.

υ. 2. def. 3. & 2. 3. *Coroll.* Hinc, υ *recta linea, quae ad rectos angulos ducitur diametro circuli ab extremitate eiusdem, circulum tangit, & quidem in vnico puncto.*

PROP.

PROP. XVII. PROBL.



A dato puncto A *rectam lineam ducere, quae datum circulum* BCD *contingat.*

Sumatur centrum φ circuli E, & iungatur ADE, & centro E interuallo EA describatur circulus AHF, & a puncto D ipsi AE ad angulos rectos ducatur DF. Iungantur EBF, ac AB, quae circulum continget. φ. 1. 3.

Nam EA = EF, & EB = ED, & communem angulum AEB continent. Ergo χ ang. EBA = FDE = recto. Ergo ψ AB circulum BDC tangit. Q. E. F. χ. 4. 1. ψ. cor. 16. 3.

PROP. XVIII. THEOR.



Si recta linea AB *circulum* CDE *contingat; a centro* F *autem ad contactum* C *recta linea* FC *ducatur: ea perpendicularis erit tangenti* AB.

Si enim non sit ita: ducatur ex F ad AB ω perpendicularis FDG. Quia ergo FGC rectus est, erit α ang. GCF minor recto, quare & FG < β FC. Sed FD = FC: ergo FG < FD. Q. E. A γ. ω. 12. 1. α. 17. 1. β. 19. 1. γ. 9. ax. & 2. def. 3.

PROP. XIX. THEOR.



Si recta linea DE *circulum* ABC *contingat, a contactu autem* C *recta linea* CA *ducatur ad angulos rectos tangenti* DE: *centrum circuli erit in eadem* CA.

Si enim non: ſit centrum in alia recta CF.
δ. 18. 3. Erit ergo [δ] FCE rectus. Eſt autem & ACE
ε. hyp. rectus [ε]. Q. E. A [ζ].
ζ. 9. ax.

PROP. XX. THEOR.



In circulo ABC *angulus* BEC, *qui ad centrum* E, *duplus eſt eius* BAC, *qui ad circumferentiam; quando circumferentiam eandem* BC *habent pro baſi.*

Caſ. 1. Si E cadit in AC. Quoniam EA $=$
η. 5. 1. EB: erit ang. BAC $=$ [η] ABE, ideoque 2 BAC
θ. 32. 1. $=$ BAC $+$ ABE. Sed ang. BEC $=$ [θ] BAC $+$ ABE. Ergo BEC $=$ 2 BAC. Q. E. D.

Caſ. 2. Si E intra ang. BAC cadit. Iungatur AED: & erit BED $=$ [ι] 2 BAD, & DEC
ι. caſ. 1.
κ. 2. ax. $=$ 2 DAC; quare ang. BEC $=$ [κ] 2 BAC. Q. E. D.

Caſ.

Caſ. 3. Si E extra ang. BAC cadit: ſimiliter oſtenditur, eſſe ang. BEC $=$ [λ] 2 BAC. λ. 3. ax.
Q. E. D.

PROP. XXI. THEOR.



Anguli BAD, BED *in eodem circuli ſegmento* BAED *ſunt inter ſe aequales.*

Caſ. 1. Si ſegmentum BAED ſit ſemicirculo maius: ſumatur [μ] circuli μ. 1. 3. centrum C, & iungantur CB, CD. Quia ergo ang. BAD $=$ [ν] $\frac{1}{2}$ BCD, ν. 20. 3. & ang. BED $=$ [ν] $\frac{1}{2}$ BCD: erit [ξ] ang. BAD ξ. 7. ax. $=$ BED. Q. E. D.



* *Caſ. 2.* Si ſegmentum BAED ſemicirculo maius non ſit: iungatur AE. Et quia ſegmentum ABDE ſemicirculo maius erit: per caſ. 1. erit angul. ABE $=$ ADE. Sed & ang. BFA $=$ [o] EFD. o. 15. 1. Subtractis ergo his angulis ab aequalibus [π] π. 32. 1. ſummis angulorum in triangulis ABF, EDF: remanebit ang. BAD $=$ BED. Q. E. D.

PROP. XXII. THEOR.



Quadrilaterorum ADCB, *quae circulis inſcribuntur, anguli oppoſiti* ADC, ABC *ſunt duobus rectis aequales.*

ρ. 21. 3. Iungantur AC, BD. Quoniam ρ ang. CAB = CDB,
σ. 2. ax. & ang. ACB = ADB: erit σ ang. CAB + ACB = ADC. Sed ang. CAB
τ. 32. 1. + ACB + ABC = τ 2 rectis. Ergo ang. ADC + ABC = 2 rectis. Similiter oſtenditur, ang. DAB + DCB = 2 rectis. Q. E D.

PROP. XXIII. THEOR.



Super eadem recta linea duo circulorum ſegmenta ſimilia & inaequalia ex eadem parte non conſtituentur.

Si enim fieri poteſt, ſint ſuper recta AB duo ſegmenta circulorum ACB, ADB inaequalia ſed ſimilia ex eadem parte conſtituta.
υ. 10. def. 3. Ducatur ADC, & iungantur CB, DB. Erit
φ. 16. 1. ergo υ ang. ADB = ACB. Q. E. A φ.

PROP. XXIV. THEOR.

Super aequalibus rectis lineis AB, CD *ſimilia circulorum ſegmenta* ABE, CDF *ſunt inter ſe aequalia.*

Ponatur enim ſegmentum ABE in ſegmentum CDF ſic, vt A in C & AB in CD cadat.

Et



Et quia, AB = CD, punctum B cadet in D. Iam si circumferentia AEB non congrueret circumferentiae CFD: aut extra hanc caderet, aut eam secaret, veluti CGHD. Atqui si circumferentia AEB extra vel intra segmentum CDF caderet: foret segmentum ABE segmento CDF maius minusue, & eidem simile. Quod fieri nequit ϰ. Si circumferentia AFB caderet in CGHD: duo circuli se in pluribus quam duobus punctis C, H, D secarent; quod etiam absurdum est ψ. Quum ergo circumferentia AEB nec extra circumferentiam CFD cadat, nec eam secet: ipsi congruat necesse est. Congruent ergo tota segmenta ABE, CDF, & erunt proinde aequalia. Q. E. D.

ϰ. 23. 3.

ψ. 10. 3.

PROP. XXV. PROBL.



Dato circuli segmento ABC *describere circulum, cuius est segmentum.*

Secetur



α. 10. 1. Secetur ^{α} AC bifariam in D, & ipſi ex D
α. 11. 1. ad rectos ducatur ^{α} DB, & iungatur AB. Et ſi ang. ABD = BAD: erit D centrum circuli, cuius eſt ſegmentum ACB. Sin ang. ABD
β. 23. 1. maior vel minor angulo BAD; fiat ^{β} angul. BAE = ABD; & erit E centrum circuli, in teruallo EA, vel EB, vel EC deſcribendi.

Caſ. 1. Nam ſi ang. ABD = BAD: erit
γ. 6. 1. AD =^{γ} DB. Sed & AD = DC^{δ}. Quare
δ. conſtr.
ε. 9. 3. D erit centrum circuli complendi ^{ε}. Q. E. F. *Simul patet, hoc in caſu ſegmentum* ACB *eſſe ſemicirculum.*

Caſ. 2. Si ang. BAE aequalis eſt conſtitutus ang. ABD: erit iterum ^{γ} EB = EA. Sed
ζ. 4. 1. ob AD =^{δ} DC, & angulos ad D aequales, eſt etiam EA ^{ζ}= EC. Ergo ^{ε} circuli complendi centrum erit E. Q. E. F. *Conſtat ſimul, ſi ang.* ABD > BAD, *ſegmentum* ACB *ſemicirculo minus eſſe, quoniam centrum* E *extra cadit; & ſi ang.* ABD < BAD, *ſegmentum* ACB *maius eſſe ſemicirculo, quoniam centrum* E *intra cadit.*

PROP.

PROP. XXVI. THEOR.



In aequalibus circulis ABC, DEF, *anguli aequales aequalibus insistunt circumferentiis* BIC, EKF, *siue ad centra*, (vt BGC, EHF) *siue ad circumferentias* (vt BAC, EDF) † *insistant*.

Iungantur enim BC, EF. Quia circuli ABC, EDF aequales sunt: erunt & quae ex centris aequales, id est, GB = HE, GC = HF. Et quia praeterea ang. BGC = EHF: erit BC = [η] EF. Et quoniam ang. BAC = EDF: segmentum BCA simile est [ϑ] segmento EFD. Ergo [ι] segm. BCA = segm. EFD. Totus autem circulus ABG = circulo DEF. Ergo [κ] segm. BCI = segm. EFK, ideoque circumferentia BIC = EKF. Q. E. D.

η. 4. 1.
ϑ. 11. def. 3.
ι. 24. 3.
κ. 3. ax.

PROP. XXVII. THEOR.



In aequalibus circulis ABC, DEF, *anguli*,

† Supple, *constituti*.

qui



qui aequalibus insistunt circumferentiis BC, EF, *sunt inter se aequales siue ad centra*, (vti BGC, EHF) *siue ad circumferentias* (vti BAC, EDF) † *insistant.*

Si enim non sit ang. BGC = EHF: alteruter veluti BGC maior erit. Fiat ang. BGK
λ. 23. 1. = [λ] EHF: & erit [μ] BK = EF = BC. Quod
μ. 26. 3. ν. 9. ax. fieri [ν] nequit. Est ergo ang. BGC = EHF,
ξ. 20. 3. & 7. ax. & hinc etiam [ξ] ang. BAC = EDF. Q. E. D.

* *Scholium.*



Linea recta EF, *quae ducta ex* A *medio puncto circumferentiae alicuius* BAC *circulum tangit, parallela est rectae lineae* BC, *quae peripheriam illam subtendit.*

Duc e centro D ad contactum A rectam DGA,
ο. 27. 3. & connecte DB, DC. Latus DG commune est,
π. hyp. & DB = DC, atque ang. BDA = [ο] ADC, ob [π]
ρ. 4. 1. σ. 18. 3. peripherias BA, AC aequales. Ergo [ρ] ang. BGD
τ. 28. 1. & 10. ax. = CGD, & proinde vterque rectus est. Sed interni anguli EAD, FAD etiam [σ] recti sunt. Ergo EF, BC parallelae [τ] sunt. Q. E. D.

† Supple, *constituti.*

PROP.

PROP. XXVIII. THEOR.



In aequalibus circulis ABC, DEF, *aequales rectae lineae* BC, EF *circumferentias aequales auferunt, maiorem quidem* BAC *maiori* EDF, *minorem vero* BGC *minori* EHF.

Sumantur centra K, L, & iungantur KB, KC, LE, LF. Quoniam circuli aequales sunt: erit KB = LE, & KC = LF. Basis vero BC = EF: ergo ang. BKC = [υ] ELF, & hinc [φ] BGC = EHF. Sed & totae circumferentiae aequales sunt. Ergo & reliquae BAC, EDF aequantur. Q. E. D.

υ. 8. 1.
φ. 26. 3.

PROP. XXIX. THEOR.

In aequalibus circulis ABC, DEF, *aequales circumferentias* BGC, EHF *aequales rectae lineae* BC, EF *subtendunt*.

fig. propos. praeced.

Quoniam BGC = EHF: ductis e centris KB, KC, LE, LF, erit [χ] ang. BKC = ELF. Praeterea, quia circuli aequales ponuntur, est KB = LE, & KC = LF. Ergo [ψ] BC = EF. Q. E. D.

χ. 27. 3.
ψ. 4. 1.

* *Nota.* Haec & tres praecedentes intelligantur etiam de eodem circulo.

PROP.

PROP. XXX. PROBL.



Datam circumferentiam ABC *bifariam secare.*

Duc AC, quam biseca in D. Ex D duc DB perpendicularem in AC. Dico, fore AB = BC. Iungantur enim AB, BC. Et quia AD = DC, & latus DB commune,
α. 10. def. 1. & ang. ADB = [α] BDC: erit [α] AB = BC, &
α. 4. 1. ergo [β] circumferentia AB = circumf. BC,
β. 28. 3. quoniam vtraque semicirculo minor est. Q. E. F.

PROP. XXXI. THEOR.



In circulo ABCD *angulus* BAC, *qui in semicirculo, rectus est; qui vero* ABC *in maiori segmento, minor est recto; & qui* ADC *in minori, maior recto. Et insuper angulus maioris segmenti recto maior est; minoris vero segmenti angulus recto minor.*

1. Ex centro E ducatur EA, & BA produ-
γ. 5. 1. catur in F. Quoniam BE = EA: erit [γ] ang. BAE = ABC. Rursus quia EA = EC: erit [γ]
δ. 2. ax. ang. BCA = CAE. Ergo [δ] ang. BAC =
ε. 32. 1. ABC + BCA. Est autem & ang. FAC = [ε] ABC + BCA. Ergo ang. BAC = FAC.
ζ. 10. def. 1. Ergo ang. BAC [ζ] rectus est. Q. E. D.

2. Quo-

2. Quoniam [η] ang. ABC + BAC < 2 re- η. 17. 1.
ctis, & BAC = recto: erit [θ] ang. ABC < θ. 5. ax.
recto. Q. E. D.

3. Quum quadrilaterum ABCD in circulo habeat [ι] angulos oppositos ABC & ADC 2 re- ι. 22. 3.
ctis aequales; ABC vero minor sit recto: reliquus ' ADC maior recto erit. Q. E. D.

4. Quia angulus rectilineus BAC rectus est: patet, angulum a circumferentia CBA & recta AC comprehensum maiorem recto esse. Rursus quia FAC rectus est: patet, angulum minoris segmenti DAC minorem esse recto. Q. E. D.

Corollar. Hinc manifestum est, quod *si vnus angulus trianguli duobus reliquis aequalis sit, est rectus.*



* *Scholia.*

1. *In triangulo rectangulo* BAC *si hypotenusa* BC *bisecetur in* D: *circulus, interuallo* DB *descriptus, per* A *etiam transibit.*

Si enim non transeat per A, vt BEC: iuncta DA, quae circulo occurrat ad E, ducantur EB, EC. Erit ergo [κ] angulus BEC in κ. 31. 3.
semicirculo rectus, & proinde [λ] ang. BAC aequa- λ. 10. ax.
lis. Q. F. N [μ]. μ. 21. 1.

2. *Si quis angulus in segmento circuli rectus est: segmentum semicirculus est. Si vero obtusus est, segmentum minus: sin acutus, segmentum maius est semicirculo.* Si enim negas: angulus ille tantus non erit, quantus ponebatur.

PROP. XXXII. THEOR.



Si recta linea AB *circulum* CDEF *contingat, a contactu* F *autem ducatur recta linea* FD, *circulum secans: anguli* DFB, DFA, *quos haec cum contingente facit, aequales erunt iis, qui in alternis circuli segmentis consistunt,* DEF, DCF.

Ducatur enim ipsi AB ad rectos angulos FE; iungatur ED, & sumto quouis puncto C in circumferentia DF, iungantur CD, CF. Quoniam igitur ν in FE centrum circuli est: EDF est angulus ξ in semicirculo, & proinde ο rectus. Hinc ang. EFD + DEF = π recto. Sed & ang. EFB = recto. Quare ρ ang. DFB = DEF. Deinde quoniam DFA + DFB = σ 2 rectis = τ DCF + DEF: erit ang. DFA = υ DCF. Q. E. D.

ν. 19. 3.
ξ. 18. def. 1. & 7. def. 3.
ο. 31. 3.
π. 32. 1.
ρ. 1. & 3. ax.
σ. 13. 1.
τ. 22. 3.
υ. 3. ax.

PROP. XXXIII. PROBL.



Super data recta linea AB *describere segmentum circuli, quod capiat angulum, dato angulo rectilineo* C *aequalem.*

Cas. 1.

Caſ. 1. Si datus angulus C ſit rectus (fig. 1.): biſeca AB in D, & ſuper AB centro D interuallo DA vel DB deſcribe ſegmentum circuli AEB, quod capiet [φ] angulum rectum, qui [χ] dato C aequalis erit. Q. E. F. φ. 31. 3. χ. 10. ax.

Caſ. 2. Si datus angulus C ſit acutus (fig. 2.) vel obtuſus (fig. 3.): fac ang. BAF = C, & ex A excita ſuper AF perpendicularem AG; biſeca AB in D, & per D duc DH ipſi AB ad rectos angulos; centro H interuallo HA deſcripti circuli ſegmentum AEB erit id, quod deſcribendum erat.

Nam, iuncta HB, quia AD = DB, DH communis, & ang. ADH = [χ] HDB: erit AH = [ψ] HB, & ergo circulus centro H per A deſcriptus tranſibit etiam per B. Et quoniam AF circulum [ω] tangit, AB vero ſecat: erit angulus in ſegmento AEB = [α] ang. BAF = C. Q. E. F. ψ. 4. 1. ω. cor. 16. 3. α. 32. 3.

PROP. XXXIV. PROBL.



A dato circulo ABC *ſegmentum abſcindere, quod capiat angulum, dato angulo rectilineo* D *aequalem.*

Ducatur [β] recta EF, circulum tangens in B, & ad punctum B fiat [γ] ang. CBF = D: ſegmentum BAC capiet angulum [δ], angulo CBF, vel dato D aequalem. Q. E. F. β. 17. 3. γ. 23. 1. δ. 32. 3.

PROP. XXXV. THEOR.



Si in circulo ABCD *duae rectae lineae* AC, BD *sese mutuo secent: rectangulum sub segmentis vnius* AE, EC *comprehensum aequale est ei, quod sub alterius segmentis* BE, ED *comprehenditur.*

Cas. 1. Si AC, BD per centrum E transeunt: manifestum est, quum AE, EB, DE,
s. 36. 1. EC aequales sint, esse AE $\times$ EC $=$ [s] BE $\times$ ED. Q. E. D.

* *Cas. 2.* Si alterutra AC per centrum F transit, & alteram BD ad angulos [η] rectos secat
ζ. 5. 2. in E: iungatur FD. Est [ζ] AE $\times$ EC $+$ FEq
η. 3. 3. $=$ FCq $=$ FDq. Sed quia [η] BE $=$ ED, ideoque BE $\times$ ED $=$ EDq: est quoque BE
ϑ. 47. 1. $\times$ ED $+$ FEq $=$ [ϑ] FDq. Ergo [t] AE $\times$
t. 1. & 3. ax. EC $=$ BE $\times$ ED vel EDq.

* *Cas. 3.* Si alterutra AC per centrum F quidem transit, sed alteram BD non ad rectos secat: ex F in BD ducatur perpendicularis FG. Est ergo [η] BG $=$ GD, & [ζ] BE $\times$ ED $+$ EGq $=$ BGq. Iungatur FB, & addito communi FGq, erit BE $\times$ ED $+$ EGq $+$ FGq $=$ [ϑ] FBq. Sed EGq $+$ FGq $=$ [ϑ] FEq. Ergo BE $\times$ ED $+$ FEq $=$ FBq $=$ FCq.

FCq. Est vero & AE $\times$ EC + FEq = [ζ] FCq. Ergo [ι] AE $\times$ EC = BE $\times$ ED. Q. E. D.

Cas. 4. Si neutra per centrum F transit: iungantur FE, FB, FC, & ex F in AC, BD, demittantur perpendiculares FH, FG. Ostenditur, vti antea, BE $\times$ ED + FEq = FBq, & AE $\times$ EC + FEq = FCq. Est vero FBq = FCq. Ergo [ι] AE $\times$ EC = BE $\times$ ED. Q. E. D.

PROP. XXXVI. THEOR.



Si extra circulum ABC *aliquod punctum* D *sumatur, & ab eo in circulum cadant duae rectae lineae, quarum altera* DA *circulum secet in* C, A, *altera* DB *vero contingat: rectangulum comprehensum sub tota secante* DA, *& exteriore segmento* DC, *inter punctum* D *& conuexam circumferentiam, aequale erit ei, quod a contingente* DB *fit, quadrato.*

Cas. 1. Si DA transit per centrum E circuli: iungatur EB, & ang. EBD erit [κ] rectus. κ. 18. 3.
Sed [λ] AD $\times$ DC + CEq = DEq, & [μ] DBq λ. 6. 2.
+ BEq = DEq. Ergo AD $\times$ DC + CEq μ. 47. 1.
= DBq + BEq. Ergo, quum CEq = BEq, AD $\times$ DC = DBq. Q. E. D.

 Cas. 2.





Caſ. 2. Si DA non tranſit per centrum E in AD ex E ducatur perpendicularis EF, iunganturque EB, EC, ED. Ergo quum
ν. 3. 3. AC biſecta [ν] ſit in F, erit AD $\times$ DC +
λ. 6. 2. FCq = [λ] FDq. Commune addatur FEq:
μ. 47. 1. erit AD $\times$ DC + [μ] ECq = DEq. Sed & DBq + EBq = [ϑ] DEq, & CEq = EBq: Ergo AD $\times$ DC = DBq. Q. E. D.

* *Scholia.*



1. Si a puncto quouis A extra circulum aſſumto, plures rectae lineae AB, AD circulum ſecantes ducantur: rectangula comprehenſa ſub totis lineis AB, AD, & partibus externis AF, AG inter ſe ſunt aequalia. Nam ſi ducatur tan-
ξ. 36. 3. gens AC: erit BA $\times$ AF = [ξ] ACq = [ξ] DA $\times$ AG.

2. Conſtat etiam, duas rectas AE, AC, ab eodem puncto A ductas, quae circulum tangant, inter ſe aequales eſſe. Nam ſi ducatur AB ſecans circulum: erit AEq = [ξ] BA $\times$ AF = [ξ] ACq.

3. Perſpicuum quoque eſt, ab eodem puncto A, extra circulum aſſumto, duci tantum poſſe duas lineas rectas AE, AC, quae circulum tangant. Nam

Nam si tertia AG tangere dicatur, erit AG =[o] AE = AC. Q. F. N[π]. o. 2. sch. π. 8. 3.

PROP. XXXVII. THEOR.



Si extra circulum ABC *sumatur aliquod punctum* D, *atque ab eo in circulum cadant duae rectae lineae* DA, DB, *quarum altera quidem* DA *circulum secet in* C, *altera vero* DB *in eum incidat; sit autem rectangulum comprehensum sub tota secante* DA, *& exteriore segmento* DC *inter punctum* D *& conuexam circumferentiam, aequale ei, quod ab incidente* DB *fit quadrato: incidens linea* DB *circulum continget.*

Ducatur enim [ρ] tangens circulum DE, sumatur centrum [σ] F, & iungantur FE, FB, FD. Ergo AD × DC = [τ] DEq. Ergo DEq = DBq, & DE = DB. Sed quia praeterea FE = FB, & DF = DF: erit ang. DEF = [υ] DBF. Est vero DEF rectus [φ]; ergo & DBF; & igitur DB [χ] circulum tangit. Q. E. D. ρ. 17. 3. σ. 1. 3. τ. 36. 3. υ. 8. 1. φ. 18. 3. χ. cor. 16. 3.

*** *Coroll.* Hinc constat, si duae rectae aequales DE, DB ex puncto quopiam D in conuexam peripheriam incidunt, & eorum vna DE circulum tangit: alteram quoque DB circulum tangere.**

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER IV.

* *

DEFINITIONES.



1. *Figura rectilinea in figura rectilinea inſcribi* dicitur, quando vnuſquiſque figurae inſcriptae DEF angulus D, E, F, contingit vnumquodque latus AB, AC, BC eius ABC, in qua inſcribitur.

2. *Figura* ſimiliter *circa figuram circumſcribi* dicitur, quando vnumquodque latus circumſcriptae ABC contingit vnumquemque angulum eius DEF, circa quam circumſcribitur.



3. *Figura rectilinea in circulo inſcribi* dicitur, quando vnuſquiſque inſcriptae figurae GHI angulus circuli GKL circumferentiam contingit.



4. *Figura rectilinea circa circulum circumſcribi* dicitur, quando vnumquodque latus circumſcriptae NMOP circuli circumferentiam contingit.

Cir-

5. *Circulus* similiter *in figura rectilinea inscribi* dicitur, quando circuli circumferentia vnumquodque latus eius MNPO, in qua inscribitur, contingit.

6. *Circulus circa figuram rectilineam circumscribi* dicitur, quando circuli circumferentia GKL vnumquemque angulum eius GHI, circa quam circumscribitur, contingit.

7. *Recta linea* GH *in circulo* GKL *aptari* dicitur, quando eius termini G, H in circuli circumferentia fuerint.

PROP. I. PROBL.

In dato circulo ABC *datae rectae lineae* D, *quae diametro eius* BC *maior non sit, aequalem rectam lineam aptare.*



Ducatur circuli diameter BC. Et si D $=$ BC: factum iam erit propositum [α]. α. 7. def. 4.

Si D $<$ BC, ponatur [β] ipsi D $=$ CE, & centro C interuallo CE circulus AEF describatur, & CA iungatur. Quae erit ipsi D aequalis [γ], & in dato circulo aptata [α]. Q. E. F.

β. 3. 1.

γ. 1. ax.

PROP. II. PROBL.

In dato circulo ABC *inscribere triangulum, aequiangulum dato triangulo* DEF.



Ducatur recta linea HAG tangens circulum in A, & fiat [a] angulus GAC = DEF, ac angul. HAB = EDF, & BC iungatur.

a. 23. 1.

Quoniam igitur [ε] ang. ABC = GAC, & ang. ACB = HAB: erit [ζ] ang. ABC = DEF, & ang. ACB = EDF. Ergo & reliquus BAC reliquo EFD aequalis erit [η]; & △ ABC aequiangulum erit ipsi DEF, & in circulo [θ] inscriptum. Q. E. F.

ε. 32. 3.
ζ. 1. ax.
η. 32. 1.
θ. 3. def. 4.

PROP. III. PROBL.



Circa datum circulum ABC *circumscribere triangulum, aequiangulum dato triangulo* DEF.

Produc

Produc latus EF ad G & H. Cape [ι] centrum circuli I, ex quo duc rectam IB vtcunque, & fac [κ] ang. BIA = DEG, & ang. BIC = DFH, & per A, B, C duc [λ] rectas NL, LM, NM, circulum tangentes. Dico factum. ι. 1. 3. κ. 23. 1. λ. cor. 16. 3.

Quia enim [μ] anguli ad puncta A, B, C recti sunt: erunt ang. IAL + IBL = 2 rectis. (* Ducta ergo AB, erunt ang. LAB + LBA $<$ 2 rectis, ideoque rectae NL, ML concurrent [ν] in L.) Quum autem in quadrilatero LAIB quatuor anguli [ξ] sint = 4 rectis, e quibus anguli IAL, IBL = 2 rectis: erunt & reliqui AIB + ALB = [ο] 2 rectis. Sunt autem & ang. DEG + DEF = [π] 2 rectis. Ergo ang. BIA + ALB = DEG + DEF. Quare [ο] ang. ALB = DEF. Similiter demonstrabitur, ang. NMB = DFE. Ergo & reliquus MNL = [ρ] FDE. Est igitur △ LMN aequiangulum dato DEF, & circumscripum [σ] circa circulum ABC. Q. E. F. μ. 18. 3. ν. ax. 11. ξ. 6. schol. 32. 1. ο. 3. ax. π. 13. 1. ρ. 32. 1. σ. 4. def. 4.

PROP. IV. PROBL.



In dato triangulo ABC *circulum inscribere.*

Bisecentur [τ] ang. ABC, ACB rectis, quae conueniant in puncto D, ex quo duc [υ] perpendiculares τ. 9. 1. υ. 12. 1.



res DE, DF, DG. Circulus centro D per E, vel F, vel G descriptus, erit is, quem describere oportebat.

Nam quum ang. ABD = DBC, & ang.
φ. 10. ax. DEB =φ DFB, & latus DB commune: erit
χ. 26. 1. χ DE = DF. Eadem ratione DF = DG. Circulus ergo ex D per E, vel F, vel G descriptus per reliqua etiam puncta transibit, &,
ψ. 16. 3. quia rectas AB, BC, CA secare nequit ψ, ipsas
ω. 5. def. 4. continget. Erit ergo inscriptus ω in triangulo ABC. Q. E. F.

PROP. V. PROBL.



Circa datum triangulum A B C *circulum circumscribere.*

Biseca α AB, AC in D, E, & duc perpen-
α. 10. 1. diculares β DF, EF, coeuntes in F, ex quo
β. 11. 1. centro per A, vel B, vel C describe circulum.

Siue enim F intra triangulum ABC, siue in basin BC, siue extra triangulum cadat: ductis rectis FA, FB, FC, erit γ BF = AF =
γ. 4. 1. FC. Ergo circulus ex F per vnum punctorum

rum A, B, C deſcriptus, per reliqua etiam
tranſibit, & circumſcriptus erit circa [δ] trian- δ. 6. def. 4.
gulum ABC. Q. E. F.

Corollar.

Si datum triangulum ſit oxygonium, DF & EF
intra triangulum conuenient [ε]; ſin amblygonium, ε. 2. ſchol.
extra; ſi vero rectangulum ſit, conuenient in ter- 31. 3.
tio latere BC, quod angulum rectum ſubtendit.

* *Scholia.*

1. Eadem ratione circulus deſcribitur per tria
puncta, non in eadem recta exiſtentia.



2. Si in quadrilatero A
BCD anguli A & C, qui
ex aduerſo, duobus rectis
aequantur, circa quadrila-
terum circulus circumſcri-
bi poteſt. Deſcribi enim
per tres quoſuis angulos B,
C, D circulus poteſt. Iam
ſi negas, eundem tranſitu-
rum eſſe per quartum A: ſecet rectam AB in quo-
uis alio puncto F. Ducta ergo DF, erit ang. C + ζ. 22. 3.
F = [ζ] 2 rectis. Sed poniturетiam C + A = 2 re-
ctis. Ergo ang. F = A. Q. E. A [η]. η. 16. 1.

PROP. VI. PROBL.



In dato circulo ABCD
quadratum inſcribere.

Ducantur [θ] diametri AEC, θ. 1. 3. &
BED ad rectos angulos, & 11. 1.
iungantur AB, BC, CD, DA.

Nam quia BE = ED, &
communis EA, & ang. BEA,
AED



ι. 4. 1. AED recti: erit [ι] AB = DA. Eadem ratione BC = AB, & CD = DA. Ergo [κ] qua-
κ. 1. ax. drilaterum ABCD aequilaterum eſt. Eſt vero & rectangulum, quoniam [λ] qui-
λ. 31. 3. libet angulorum A, B, C, D, in ſemicirculo eſt. Igitur quadratum eſt, inſcriptum in dato circulo. Q. E. F.

PROP. VII. PROBL.



Circa datum circulum ABCD *quadratum circumſcribere.*

Ducantur diametri AEC, BED ad rectos angulos, & per puncta A, B, C, D tangentes circulum GF, GH, HI, FI [μ].

μ. cor. 16. 3. Igitur quum [ν] anguli ad A, B, C, D recti
ν. 18. 3. ſint, nec non (per hyp.) anguli ad E: erunt [ξ]
ξ. 28. 1. rectae FG, HI, BD, & rectae GH, FI, AC parallelae. Ergo Pgra ſunt GI, GC, FB, GE, FE, HE & EI, ac propterea [ο] GF = HI, &
ο. 34. 1. GH = FI, & GH = AC, & GF = BD. Hinc ob AC = BD, erit quadrilaterum FGHI aequilaterum. Et quoniam GE eſt Pgr. & ang. AEB rectus: erit [ο] & ang. G rectus. Similiter reliqui H, I, F recti demonſtrantur. Ergo figura FGHI eſt quoque rectangula, & propterea quadratum, ac circa circulum deſcripta. Q. E. F.

* *Scholium*

* *Scholium.*



Quadratum circulo circumſcriptum ABCD duplum eſt inſcripti quadrati EGHF.

Nam Rgl. HB = [π] 2 △ HEF & Rgl. HD = 2 △ HGF. Ergo totum ABCD = 2 EHGF. π. 41. 1.

PROP. VIII. PROBL.



In dato quadrato ABCD *circulum inſcribere.*

Biſecetur vtraque AB, AD in E, H, & per E alterutri ipſarum AD, BC parallela EG, per H vero alterutri ipſarum AB, DC parallela HIF agatur. Centro I interuallo IH, vel IE, vel IG deſcribatur circulus.

Quoniam ergo Pgra ſunt AG, GB, AF, FD, AI, IC, IB & ID: erit [ρ] AE = HI, & AH ρ. 34. 1.
= EI. Sed quoniam [σ] AB = AD: eſt [τ] AE σ. 29. def. 1.
= AH, & ergo HI = EI. Similiter demon- τ. 7. ax.
ſtrabitur HI = IG, & EI = IF. Ergo IE, IF, IG, IH aequales ſunt inter ſe, & propterea circulus centro I interuallo vni ipſarum aequali deſcriptus etiam per reliquarum extrema tranſibit, & quoniam rectas AB, BC, CD, DA ſecare [υ] nequit (ſunt enim anguli υ. 16. 3.
ad H, E, F & G recti [φ]), ipſas tanget, & pro- φ. ſch. 29. 1.
inde quadrato [χ] inſcriptus erit. Q. E. F. χ. 5. def. 4.

PROP.

PROP. IX. PROBL.



Circa datum quadratum ABCD *circulum circumscribere.*

Iungantur AC, BD. Ex puncto E, in quo se secant, interuallo EA vel EB, vel ED, vel EC describatur circulus.

Quoniam DA = AB, DC = CB & communis AC: anguli A & C per rectam AC bi-
ψ. 8. 3. secantur ψ. Similiter ostenditur, angulos B & D bisecari per rectam BD. Et quia ang. A = B, & hinc dimidius EAB = dimidio
α. 6. 1. EBA: erit α EA = EB. Similiter demonstrabimus, esse EB = EC, & EC = ED. Sunt ergo EA, EB, EC, ED inter se aequales, & circulus, centro E interuallo, vni harum aequali, descriptus, per puncta A, D, C, B transit, & ergo circa quadratum ABDC cir-
α. 6. def. 4. cumscriptus α est. Q. E. F.

PROP. X. PROBL.



Isosceles triangulum constituere, habens alterutrum angulorum, qui sunt ad basin, duplum reliqui.

Ponatur recta quaedam AB, &
β. 11. 2. secetur β in C sic, vt AB ⨯ BC = ACq.

ACq. Centro A interuallo AB deſcribatur circulus, in quo aptetur [γ] recta BD aequalis ipſi AC, quae diametro circuli maior non eſt. Iuncta AD, erit DAB triangulum iſoſceles, in quo ang. BDA vel $ABD = 2\,DAB$. γ. 1. 4.

Nam circumſcripto circulo [δ] circa △ ACD, δ. 5. 4.
quoniam $AB \times BC = ACq = BDq$, patet ε. 37. 3.
BD circulum ADC [ε] tangere, & propterea [ζ] ζ. 32. 3.
ang. $BDC = DAC$. Hinc [η] ang. $BDA =$ η. 2. ax. ϑ. 32. 1.
$DAC + CDA =$ [ϑ] BCD. Sed quum ſit [ι] ι. 15. def. 1.
$AB = AD$, erit ang. $BDA =$ [κ] CBD. Qua- κ. 5. 1.
re ang. $BCD =$ [λ] CBD, & DC [μ] $= BD =$ λ. 1. ax. μ. 6. 1.
CA. Hinc ang. $CDA =$ [κ] CAD, & additis
ang. $BDC =$ [ν] CAD: erit ang. $BDA = 2$ ν. per dem.
DAB. Q. E. F.

* *Scholium.*

Quia ergo ang. $DAB + ADB + ABD = 5\,DAB = 2$ rectis: liquet, eſſe ang. DAB quintam partem duorum rectorum.

PROP. XI. PROBL.



G

In dato circulo ABCDE *pentagonum aequilaterum & aequiangulum deſcribere.*

[ξ] Fiat triangulum FGH iſoſceles, habens alterutrum ξ. 10. 4.



terutrum angu-
lorum ad basin
GH duplum re-
σ. 2. 4. liqui F, & σ in-
scribatur in cir-
culo ABCDE
triangulum AC
D, triangulo FG
H aequiangulum, ita vt angulo F = DAC,
π, 9. 1. G = ACD, & H = ADC. Secetur π vter-
que ipsorum ACD, ADC bifariam a rectis
CE, BD, & ducantur AB, BC, DE, EA:
dico factum.

Nam ex constructione liquet, quinque angu-
los ACE, ECD, DAC, BDC, BDA esse inter
ρ. 26. 3. se aequales. Hinc peripheriae ρ & his subtensae
σ. 29. 3. σ rectae AE, ED, DC, CB, BA sibi mutuo ae-
quantur. Aequilaterum ergo est pentago-
num ABCDE. Et quia peripheria AB =
per. DE, addita communi BCD, erit per.
ABCD = per. BCDE, ideoque τ ang. AED
τ. 27. 3. = BAE. De reliquis angulis similiter osten-
ditur, quod sint angulo BAE vel AED ae-
quales. Ergo & aequiangulum est pentago-
num ABCDE. Q. E. F.

* *Scholia.*

1. Praxis facilior huius problematis tradetur ad 10. 13.

υ. 27. 3. **2. Quoniam ang. BAE = 3 CAD υ: angulus**
φ. sch. 10. 4. **pentagoni aequilateri & aequianguli aequatur φ tribus quintis duorum rectorum, vel sex quintis recti.**

3. Vni-

3. Vniuersaliter figurae imparium laterum inscribuntur in circulis ope triangulorum isoscelium, quorum anguli aequales ad basin multiplices sunt eorum, qui ad verticem sunt, angulorum. Parium vero laterum figurae in circulo inscribuntur ope isoscelium triangulorum, quorum anguli ad basin multiplices sesquialteri sunt eorum, qui ad verticem sunt angulorum.



Vt in triangulo isosceli CAB, si ang. A = 3 C = B: AB erit latus heptagoni. Si A = 4 C: erit AB latus enneagoni &c. Sin vero A = $1\frac{1}{2}$ C: erit AB latus quadrati. Et si A = $2\frac{1}{2}$ C: subtendet AB sextam partem circumferentiae. Pariterque si A = $3\frac{1}{2}$ C: erit AB latus octogoni &c.

PROP. XII. PROBL.



Circa datum circulum ABC DE *pentagonum aequilaterum & aequiangulum circumscribere.*

Intelligantur pentagoni in circulo ⁒ descripti angulorum puncta A, B, C, D, E, ita vt circumferentiae AB, BC, CD, DE, EA sint aequales; & per puncta A, B, C, D, E ducantur circulum contingentes FG, GK, KL, LM, MF. Erit FGKLM pentagonum desideratum. ⁒. 11. 4.



Sumto enim circuli centro I, ducantur IB, IK, IC, IL, ID. Et quia IC in tangentem KL est ψ perpendicularis: erit vterque angulorum ad C recti sunt.

ψ. 18. 3.

α. 10. def. 1. ctus ω. Similiter anguli ad B & D recti sunt.

α. 47. 1. Ergo α IKq = ICq + KCq = IBq + BKq. Sed ICq = IBq. Ergo KCq = BKq, & KC = BK. Est autem praeterea IC = IB, &

β. 8. 1. communis IK: quare β ang. CIK = BIK, & ang. IKC = IKB. Hinc ang. BIC = 2 KIC, & ang. BKC = 2 IKC. Eadem ratione & ang. CID = 2 CIL, & ang. CLD = 2 CLI.

γ. hyp. Sed quum sit circumf. BC = CD γ, & ergo δ

δ. 27. 3. ang. BIC = CID: erit & ε ang. KIC = CIL.

ε. 7. ax. Sunt vero recti ad C aequales, & praeterea latus IC commune. Ergo ζ KC = CL, &

ζ. 26. 1. ang. IKC = ILC. Hinc KL = 2 KC. Eadem ratione GK = 2 BK. Erat autem KC =

η. 6. ax. = BK. Ergo η KL = GK. Similiter vnumquodque ipsorum GF, FM, ML ipsi GK vel KL aequale ostenditur. Ergo pentagonum FGKLM aequilaterum est. Deinde, quum ostensus sit ang. IKC = ILC, & BKC = 2 IKC, & CLD = 2 ILC: patet η, esse ang. BKC = CLD. Similiter ostendetur quilibet angulorum ad G, F, M aequalis ipsi BKC vel CLD. Ergo pentagonum FGKLM etiam aequiangulum est. Q.E.F.

* Scholium

* *Scholium.*

Eodem pacto, si in circulo quaecunque figura aequilatera & aequiangula describatur, & ad extrema semidiametrorum ex centro ad angulos ductarum excitentur lineae perpendiculares: hae perpendiculares constituent figuram totidem laterum & angulorum aequalium circulo circumscriptam.

PROP. XIII. PROBL.



In dato pentagono aequilatero & aequiangulo ABCDE *circulum inscribere.*

Duos pentagoni angulos A & B biseca ϑ rectis ϑ. 9. 1.
AF, BF, concurrentibus in F. A puncto F ad AB duc perpendicularem ι FG, & ex F interuallo ι. 12. 1.
FG describe circulum. Dico factum.

Ducantur in reliqua latera lineae perpendiculares FH, FI, FK, FL, & iungantur FC, FD, FE. Et quia AB =* BC, & communis *. hyp.
FB, & ang. ABF = FBC: erit λ ang. FAB λ. 4. 1.
= FCB. Ergo ang. EAB =* 2 FAB =μ 2 μ. 6. ax.
FCB. Sed ang. EAB =ξ DCB. Ergo ang. DCB = 2 FCB. Recta ergo FC bisecat angulum DCB. Similiter ostendetur, reliquos angulos EDC, DEA etiam bisecari a rectis FD, FE. Et quia ang. FBG = FBH, item ang. FGB =ν FHB, & communis FB: est ν. 10. ax.
FH =ξ FG. Eadem ratione reliquae FI, ξ. 26. 1.

 FK,

FK, FL ipſi FH vel FG aequales oſtendentur. Ergo circulus centro F interuallo FG deſcriptus per H, I, K, L puncta tranſibit, & ibi latera pentagoni continget, quia illa ſecare nequit °.
o. 16. 3.
In dato igitur pentagono ABCDE circulus GHIKL inſcriptus eſt. Q. E. F.

** Coroll.*

Hinc ſi duo anguli proximi figurae aequilaterae & aequiangulae biſecentur, & a puncto, in quo coëunt lineae angulos biſecantes, ducantur rectae lineae ad reliquos figurae angulos: omnes anguli figurae erunt biſecti.

** Schol.*

Eadem methodo in qualibet figura aequilatera & aequiangula circulus deſcribetur.

PROP. XIV. PROBL.



Circa datum pentagonum aequilaterum & aequiangulum ABCDE *circulum circumſcribere.*

Duos pentagoni angulos A, B biſeca rectis AF, BF, coeuntibus in F. Circulus centro F interuallo FA deſcriptus pentagono circumſcriptus eſt.

Ductis enim FC, FD, FE, reliqui omnes anguli C, D, E biſecti erunt π. Et quoniam ang. EAB = ABC: erit ang. FAB = ρ FBA. Ergo FB = σ FA. Similiter quaelibet FC, FD, FE ipſi FB vel FA aequalis oſtendetur.

π. cor. 13. 4.
ρ. 7. ax.
σ. 6. 1.

Circulus

Circulus ergo centro F interuallo F A descridtus per angulos pentagoni A, B, C, D, E transibit. Q. E. F.

** Scholion.*

Eadem arte circa quamlibet figuram aequilateram & aequiangulam circulus circumscribetur.

PROP. XV. PROBL.



In dato circulo ABCDEF *hexagonum aequilaterum & aequiangulum inscribere.*

Ducatur circuli diameter AD, posito in G centro [τ]. Ex centro D interuallo DG describatur alius circulus EGC, iunctaeque EG, CG producantur in B & F; & iungantur AB, BC, CD, DE, EF, FA. Dico factum. τ. 1. 3.

Nam quia in circulo AED est GE = GD, & in circulo EGC, GD = DE: erit △ EGD aequilaterum, ideoque [υ] aequiangulum. Quare ang. EGD est tertia pars [φ] duorum rectorum. Similiter ang. DGC est tertia pars 2 rectorum. Et quoniam ang. EGD + DGC + CGB = [χ] 2 rectis: erit & ang. CGB tertia pars 2 rectorum, & aequalis angulo EGD, & ang. DGC. Hinc [ψ] & anguli AGB, AGF, FGE & inter se & reliquis aequales erunt. Sex igitur [ω] circumferentiae ED, DC, CB, BA, AF, FE inter se sunt aequales, ergo & [α] sex subtensae rectae. Quare aequi-

υ. sch. 5. 1.
φ. 32. 1.
χ. 2. sch. 13. 1.
ψ. 15. 1.
ω. 26. 3.
α. 29. 3.



aequilaterum est hexagonum ABCDEF. Deinde quia circumf. AF = ED: communi addita AB CD: erit tota circumfer. FABCD = ABCDE, & proinde ang. FED = β AFE. Similiter reliqui anguli hexagoni singillatim aequales ipsi FED, vel AFE ostendentur. Ergo & aequiangulum est hexagonum ABCDEF, & dato circulo inscriptum. Q. E. F.

β. 27. 3.

Corollar.

Ex hoc manifestum est, hexagoni latus circuli semidiametro aequale esse.

Circumscriptio hexagoni circa circulum, nec non circuli inscriptio vel circumscriptio in vel circa datum hexagonum eodem modo fiant, quem de pentagono docuimus.

* *Scholia.*

Hinc & facile triangulum aequilaterum ACE in dato circulo inscribetur.

Hexagonum autem regulare (i. e. aequilaterum & aequiangulum) *super data recta* CD *ita construes.* Fac super CD triangulum aequilaterum CGD. Centro G interuallo GC describe circulum. Is capiet hexagonum super data CD describendum.

PROP. XVI. PROBL.

In dato circulo ABCD *quindecagonum aequilaterum & aequiangulum inscribere.*

Inscri-



Inscribatur circulo trianguli aequilateri ipsi inscripti latus A C γ, item pentagoni aequilateri latus AB δ. Bisecetur BC in E ε. Iunctis rectis CE, EB aequales in continuum rectae circulo aptentur: erit in ipso quindecagonum aequilaterum & aequiangulum inscriptum. Nam qualium partium circulus ABCD est quindecim, talium circumferentia ABC, tertia pars exsistens circuli, erit quinque. Circumferentia vero AB, quinta circuli pars, erit trium. Ergo reliqua BC est duarum, & huius dimidium BE vel EC est decima quinta pars circuli ABCD. Ergo si rectae E B aequales circulo in continuum aptentur: describetur quindecagonum aequilaterum & aequiangulum. Q. E. F.

γ. 2. 4.
δ. 11. 4.
ε. 30. 3.

Ad modum eorum, quae de pentagono dicta sunt, reliqua problemata de quindecagono soluentur.

* *Scholium.*

Circulus diuiditur geometrice in partes	4, 8, 16, &c. per 6, 4. & 9, 1.
	3, 6, 12, &c. per 15, 4. & 9, 1.
	5, 10, 20, &c. per 11, 4. & 9, 1.
	15. 30. 60, &c. per 16, 4. & 9, 1.

Ceterum diuisio circumferentiae in partes quotuis aequales etiamnum desideratur. Quare pro figurarum quarumcunque ordinatarum vel regularium constructionibus saepe ad mechanica artificia recurrendum est, de quibus Geometrae practici consulendi sunt.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER V.

* * * * * * * * * * * * * *

DEFINITIONES.

1. *Pars* eſt magnitudo *magnitudinis*, minor maioris, quando minor maiorem metitur.

2. *Multiplex* eſt maior minoris, quando minor maiorem metitur.

3. *Ratio* eſt duarum magnitudinum eiusdem generis, ſecundum quantiplicitatem mutua quaedam habitudo (ſeu relatio.)

4. *Rationem inter ſe magnitudines habere* dicuntur, quae multiplicatae ſe inuicem ſuperare poſſunt.

* In omni ratione ea quantitas, quae ad aliam refertur, *antecedens* dicitur, haec altera *conſequens.* Vt ſi A ad B refertur, ſiue magnitudines ſint eae quantitates, ſiue numeri, ita vt conſideres, quomodo A habeat ſe ad B quoad quantiplicitatem: antecedens eſt A, B vero conſequens. Signum rationis magnitudinis A ad B eſt nobis hoc A : B.

5. *In eadem ratione magnitudines eſſe* dicuntur *prima ad ſecundam & tertia ad quartam*, quando primae & tertiae aeque multiplices ſecundae & quartae aeque multiplices, iuxta quamuis multiplicationem, vtraque vtramque, vel vna ſuperant, vel vna aequales ſunt, vel vna deficiunt, inter ſe comparatae.

6. Ma-

6. Magnitudines, quae eandem rationem habent, *proportionales* vocantur.

7. Quando autem aeque multiplicium multiplex primae superauit multiplicem secundae, multiplex autem tertiae non superauerit multiplicem quartae: tunc *prima ad secundam maiorem habere* dicitur *rationem, quam tertia ad quartam.*

8. *Proportio* est rationum similitudo.

* Signum, quo notamus proportionem, vel quod magnitudines A, B eandem rationem habeant, quam magnitudines C, D, est hoc A : B = C : D. Sed A : B > C : D denotat, inter A & B maiorem quam inter C & D rationem esse. Similiter C : D < A : B significat, rationem C ad D minorem esse ratione A : B.

9. Proportio in tribus ad minimum *terminis* consistit.

10. Si tres magnitudines sunt proportionales: prima ad tertiam *duplicatam* habere dicitur *rationem* eius, quam habet ad secundam.

11. Si quatuor magnitudines sunt proportionales: prima ad quartam *triplicatam* habere dicitur *rationem* eius, quam habet ad secundam. Et sic deinceps vno amplius, quamdiu proportio exstiterit.

* Talium proportionum, quae *continuae* appellantur, signum est ∺. E. gr. ∺ A, B, C notat, esse magnitudinem A ad B in eadem ratione, ac B ad C; & ∺ A, B, C, D notat, rationes A : B, B : C, C : D easdem vel similes esse. Deinde si ∺ A, B, C, hoc quod ratio A : C sit duplicata rationis A :

A : B, ſic exprimemus $A : C = (A : B)^2$. Et ſi A, B, C, D fuerint continue proportionales, rationem A ad D triplicatam eſſe rationis A ad B, ſic ſignificabimus $A : D = (A : B)^3$.

12. *Homologae magnitudines* dicuntur antecedentes quidem antecedentibus, conſequentes vero conſequentibus.

* Si $A : B = C : D$, vocatur A ipſi C homologa, item B & D homologae dicuntur.

13. *Alterna ratio* eſt ſumtio antecedentis ad antecedentem, & conſequentis ad conſequentem.

14. *Inuerſa ratio* eſt ſumtio conſequentis, vt antecedentis, ad antecedentem, vt conſequentem.

15. *Compoſitio rationis* eſt ſumtio antecedentis vna cum conſequente, tanquam vnius, ad ipſam conſequentem.

16. *Diuiſio rationis* eſt ſumtio exceſſus, quo antecedens ſuperat conſequentem, ad ipſam conſequentem.

17. *Conuerſio rationis* eſt ſumtio antecedentis ad exceſſum, quo antecedens ipſam conſequentem ſuperat.

18. *Ex aequalitate ratio* eſt, quando pluribus exſiſtentibus magnitudinibus, & aliis, ipſis numero aequalibus, fuerit vt, in primis magnitudinibus, prima ad vltimam, ſic in ſecundis magnitudinibus, prima ad vltimam Vel aliter, ſumtio extremarum per ſubtractionem mediarum.

19. *Or-*

19. *Ordinata proportio* est, quando fuerit, vt antecedens ad consequentem, ita antecedens ad consequentem; vt autem consequens ad aliam quampiam, ita consequens ad aliam quampiam.

* Si fuerit A : B = C : D, & deinde sit B : E = D : F.

20. *Perturbata* vero *proportio* est, quando, tribus exsistentibus magnitudinibus, & aliis, ipsis numero aequalibus, fuerit, vt, in primis magnitudinibus, antecedens ad consequentem, ita, in secundis magnitudinibus, antecedens ad consequentem; vt autem, in primis magnitudinibus, consequens ad aliam quampiam, ita, in secundis magnitudinibus, alia quaepiam ad antecedentem.

* Vt si sint magnitudines A, B, C, & totidem aliae D, E, F, & fuerit A : B = E : F; sit autem deinde B : C = D : E.

PROP. I. THEOR.



Si fuerint quotcunque magnitudines AB, CD *quotcunque magnitudinum aequalium numero* E, F, *singulae singularum, aeque multiplices: quam multiplex est vna magnitudo* A B *vnius* E, *tam multiplices erunt & omnes* A B + C D *omnium* E + F.

Quia enim A B aeque multiplex est ipsius E ac C D ipsius F: quot magnitudines sunt in

A B

A B ipsi E aequales, tot erunt & in C D ipsi F aequales. Sint partes, in quas A B diuidi potest, ipsi E aequales, A G, G B, & partes ipsius C D sint C H = H D = F. Ergo multitudo harum partium in A B aequalis erit multitudini in C D. Praeterea est A G + C H = [α] E + F, & G B + H D = E + F. α. 2. ax.
Ergo quot sunt in A B aequales ipsi E, tot sunt in A B + C D aequales ipsis E + F. Ergo quam multiplex est A B ipsius E, tam multiplices erunt & A B + C D ipsarum E + F. Q. E. D.

PROP. II. THEOR.



Si prima A B *secundae* C *aeque multiplex fuerit, atque tertia* D E *quartae* F; *fuerit autem & quinta* B G *secundae* C *aeque multiplex, atque sexta* E H *quartae* F: *erunt etiam prima & quinta simul sumtae* A G *secundae* C *aequemultiplices, atque tertia & sexta* D H *quartae* F.

Nam [β] quot in A B sunt magnitudines ipsi C aequales, tot sunt in D E aequales ipsi F. Et quot in B G sunt ipsi C aequales, tot sunt in E H ipsi F aequales. Ergo [γ] quot in A G sunt magnitudines ipsi C aequales, totidem D H continet β. hyp. γ. 2. ax.

tinet ipsi F aequales. Hinc A G aequemultiplex est ipsius C, ac D H ipsius F. Q. E. D.

PROP. III. THEOR.



Si prima A *secundae* B *aeque multiplex fuerit atque tertia* C *quartae* D; *sumantur autem* E F, G H *aeque multiplices primae* A *& tertiae* C: *erit & ex aequo sumtarum vtraque vtriusque aeque multiplex, altera quidem* E F *secundae* B, *altera vero* G H *quartae* D.

Sint enim in E F partes quotcunque E I, I F ipsi A aequales, & in G H partes G K, K H ipsi C aequales. Harum numerus illarum numero [δ] aequalis erit. Porro quia E I = A, & G K = D: erit E I ipsius B aeque multiplex [δ] ac G K ipsius D. Similiter I F ipsius B aeque multiplex erit, ac K H ipsius D. Ergo [ε] E F ipsius B aeque multiplex erit, ac G H ipsius D. Q. E. D.

δ. hyp.

ε. 2. 5.

PROP.

PROP. IV. THEOR.



Si prima A *ad secundam* B *eandem habeat rationem, quam tertia* C *ad quartam* D: *& aeque multiplices* E, F *primae & tertiae ad aeque multiplices* G, H *secundae & quartae, iuxta quamuis multiplicationem, eandem rationem habebunt inter se comparatae.*

Sumantur enim ipsarum E, F aeque multiplices I, K, & ipsarum G, H aeque multiplices L, M. Erit ergo ζ I aeque multiplex ipsius A, ac K ipsius C. ζ. 3. 5.
Item L aeque multiplex ipsius B erit, ac M ipsius D. Et quum sit A: B = C: D: si I superat L, superabit & η K ipsam M, si aequalis, aequalis, & si minor, minor erit. η. 5. def. 5.
Sunt autem I, K ipsarum E, F aeque multiplices, & L, M ipsarum G, H aliae vtcunque aeque multiplices ϑ. Ergo η E: G = F: H. Q. E. D. ϑ. hyp.

Cor. Quoniam demonstratum est, si fuerit I > vel = vel < L, fore & K >, =, < M: constat etiam, si L >, =, < I, fore M >, =, < K; ac propterea fore G: E = H: F. *Si ergo quatuor magnitudines proportionales sunt, & inuerse proportionales erunt.*

* *Schol.* Similiter demonstratur, esse E: B = F: D, item A: G = C: H.

PROP. V. THEOR.



Si magnitudo A B *magnitudinis* C D *aeque multiplex sit atque ablata* AE *ablatae* CF: *erit & reliqua* EB *reliquae* F D *aeque multiplex atque tota* AB *totius* C D.

Ponatur alia CG, cuius EB sit aeque multiplex ac AE est ipsius CF. Ergo [a] AB ipsius G F erit aeque multiplex ac AE ipsius CF. Sed & AB ipsius C D aeque multiplex erat ac AE ipsius C F. Ergo AB ipsarum GF&CD aeque multiplex erit. Quare [b] est G F = CD, & ergo [c] C G = F D. Ergo EB ipsius F D aeque multiplex est, quam A E ipsius C F, vel quam tota A B totius C D. Q.E.D.

a. 1. 5.
b. 7. ax.
c. 3. ax.

PROP. VI. THEOR.



Si duae magnitudines AB, C D *duarum magnitudinum* E, F *aeque multiplices sint; & ablatae quaedam* A G, CH *sint earundem* E, F *aeque multiplices: erunt & reliquae* GB, H D *vel iisdem* E F *aequales, vel ipsarum* E, F *aeque multiplices.*

Sit enim primum G B = E: dico, etiam fore HD = F. Ponatur enim ipsi F aequalis C K. Et quia A G, C H ipsarum E, F sunt aeque multiplices:

plices: erunt adhuc A B, K H ipsarum E, F aeque multiplices. Sed & A B, C D earundem E, F aeque multiplices erant. Ergo K H & C D eiusdem F aeque multiplices erunt. Quare [μ] K H = C D, & K C = [ν] H D. Sed K C = F. Ergo H D = F. μ. 6. ax. ν. 3. ax.

Similiter demonstrabimus, [ξ] si gb fuerit ipsius E multiplex, & hd ipsius F aeque multiplicem esse, posita ck ipsius F aeque multiplici, ac gb ipsius E. Q. E. D. ξ. a. 5.

PROP. VII. THEOR.



Aequales magnitudines A, B *eandem habent rationem ad eandem* C; *& eadem* C *ad aequales* A, B.

Sumantur ipsarum A, B aeque multiplices D, E, & ipsius C alia vtcunque multiplex F. Et quoniam A = B: erit & D = E. Quare si D >, =, < F: erit [a] quoque E >, =, < F. a. 1. & 14. ax. Ergo [π] erit A : C = B : C. Q. E. D. π. 5. def. 5.

Similiter demonstratur, esse C : A = C : B. Q. E. D.

* *Scholium.*

Eodem modo demonstrabis, aequalia ad aequalia eandem rationem habere.

PROP. VIII. THEOR.



Inaequalium magnitudinum A B, C *maior* A B *ad eandem* D *maiorem habet rationem, quam minor* C. *Et eadem* D *ad minorem* C *maiorem habet rationem, quam ad maiorem* A B.

Caſ. 1. Sumta in A B ipſi C = B E, ſit A E

p. 4. def. 5. < E B. Capi poteſt [p] ipſius A E multiplex, maior quam D, quae ſit F G. Et quantiplex F G eſt ipſius A E, tantiplex fiat G H ipſius E B, & K ipſius C. Sumantur etiam ipſius D dupla L, tripla M, & ſic deinceps, quoad perueniatur ad primam multiplicium ipſius D, ipſa K maiorem. Sit ea N, quadrupla ipſius D. Quia ergo N prima eſt, qua K facta eſt minor: nondum erit K < M. Et quum F G, G H ipſarum A E, E B

q. 1. 5. aeque multiplices ſint: erunt & [q] F H, F G ipſarum A B, A E aeque multiplices. Sunt vero F G & K ipſarum A E, C aeque multiplices. Ergo F H & K ipſarum A B & C aeque multiplices erunt. Sed quia G H & K aequalium

r. 6. ax. E B & C aeque ſunt multiplices; eſt G H = [r] K. Ergo non eſt G H < M. Hinc, ob F G > D, erit G H + F G, id eſt F H, maior quam M + D, id eſt N. K autem, quum ſit minor quam

quam N, non superat ipsam N. Ergo [v] AB: D > C: D. v. 7. def. 5.

Similiter ostenditur, esse D: C > D: AB. Q. E. D.



Cas. 2. Si AE > EB. Sumatur ipsius EB multiplex GH > D, & quantiplex est GH ipsius EB, tantiplex fiat FG ipsius AE, & K ipsius C. Erunt ergo vt antea FH, K ipsarum AB, C aeque multiplices. Sit inter ipsius D multiplices N primo maior quam FG, M proxime praecedens. Ergo, quod rursus eodem modo ostendetur, FH superabit ipsam N. Denique quum rursus sit K = GH, FG autem, quae ipsa GH maior est, non superet N: patet K non superare ipsam N. Ergo AB: D > C: D; &, quod pari modo demonstratur, D: C > D: AB. Q. E. D.

* *Cas. 3.* Si AE = EB, idem eodem modo demonstrari potest, quo in casu 1.

PROP. IX. THEOR.

Quae A, B, *eandem rationem habent ad eandem* C, *sunt inter se aequales. Et ad quas* A, B, *eadem* C *eandem habet rationem, ipsae etiam sunt inter se aequales.*

1. Si enim non esset $A = B$; nec fo-
φ. 8. 5. ret φ $A : C = B : C$. Quod est contra hypothesin. Ergo $A = B$. Q.E.D.

2. Si sit $C : A = C : B$, nec tamen $A = B$: non φ erit $C : A = C : B$; contra hypothesin. Ergo $A = B$. Q. E. D.

PROP. X. THEOR.

Magnitudinum A, B *rationem habentium ad eandem* C, *quae maiorem habet rationem* A, *est maior. Ad quam vero* B *eadem* C *maiorem habet rationem, illa est minor.*

1. Sit $A : C > B : C$. Jam si non sit $A > B$; aut aequalis aut minor erit. Si esset $A = B$;
χ. 7. 5. foret $A : C =$ χ $B : C$. Si $A < B$: foret ψ A:
ψ. 8. 5. $C < B : C$. Vtrumque contra hypothesin. Ergo $A > B$. Q.E.D.

2. Sit $C : B > C : A$. Jam si non sit $B < A$; aut aequalis erit, aut maior. Si $B = A$: erit χ $C : B = C : A$. Si $B > A$: erit ψ $C : B < C : A$. Quia vtrumque contra hypothesin est: necesse est vt sit $B < A$. Q.E.D.

PROP. XI. THEOR.

Quae eidem sunt eaedem rationes, & inter se sunt eaedem.

Sit $A : B = C : D$, & $C : D = E : F$. Dico

Dico fore $A:B = E:F$. Sumantur enim ipsarum A, C, E aeque multiplices G, H, K; ipsarum vero B, D, F aeque multiplices L, M, N. Ergo si fuerit $G >, =, < L$: erit[a] & $H >, =, < M$; item si fuerit $H >, =, < M$: erit & $K >, =, < N$. Quare si fuerit $G >, =, < L$: erit & $K >, =, < N$. Hinc erit[a] $A:B = E:F$. Q. E. D. a. 5. def. 5.

PROP. XII. THEOR.



Si quotcunque magnitudines proportionales fuerint $A:B = C:D = E:F$: *vt vna* A *antecedentium ad vnam* B *consequentium, ita erunt omnes antecedentes* $A + C + E$ *ad omnes consequentes* $B + D + F$.

Sumantur ipsarum A, C, E aeque multiplices G, H, K, & ipsarum B, D, F aliae vtcunque aeque multiplices L, M, N. Jam[a] si $G >, =, < L$: erit & $H >, =, < M$, atque $K >, =, < N$. Quare si $G >, =, < L$: erunt & $G + H + K >, =, < L + M + N$. Sunt autem G, & $G + H + K$ ipsarum A, & $A + C + E$[β] aeque multiplices; item L ac $L + M + N$ sunt ipsarum B ac $B + D + F$ aeque multiplices. Ergo[a] est $A:B = A + C + E : B + D + F$. Q. E. D. a. 5. def. 5. β. 1. 5.

PROP. XIII. THEOR.



Si prima A *ad ſecundam* B *eandem habeat rationem, quam tertia* C *ad quartam* D; *tertia autem* C *ad quartam* D *maiorem habeat rationem, quam quinta* E *ad ſextam* F: *& prima* A *ad ſecundam* B *maiorem habebit rationem, quam quinta* E *ad ſextam* F.

Sume ipſarum C, E aeque multiplices G, H, & ipſarum D, F alias quasdam aeque multiplices K, L, ita vt G quidem ſuperet K, ſed
γ. 7. def. 5. H non ſuperet L, quod ſemper fieri poteſt γ. Deinde quantiplex G eſt ipſius C, tantiplex fiat M ipſius A, & quantiplex K eſt ipſius D, tantiplex N ipſius B. Ergo quum ſit $A : B = C : D$; ſi fuerit $G >, =, < K$: erit & $M >, =, < N$. Sed $G > K$. Ergo & $M > N$. Atqui H non $> L$. Sunt vero M & H ipſarum A & E aequemultiplices, nec non N & L ipſarum B, F, (per conſtr.). Ergo γ $A : B > E : F$. Q. E. D.

* *Schol.* Si vero fuerit $C : D < E : F$: erit quoque $A : B < E : F$. Item ſi $A : B > C : D > E : F$: erit $A : B > E : F$. Et ſi $A : B < C : D < E : F$: erit $A : B < E : F$.

PROP.

PROP. XIV. THEOR.

Si prima A *ad secundam* B *eandem habeat rationem, quam tertia* C *ad quartam* D; *prima autem* A *maior sit quam tertia* C: *& secunda* B *quam quarta* D *maior erit. Et si aequalis: aequalis. Et si minor: minor.*

1. Quia enim $A > C$: erit[δ] $A:B > C:B$. Sed $A:B = C:D$. Ergo[ε] $C:D > C:B$. Ergo[ζ] $D < B$, vel $B > D$. Q. E. D. δ. 8. 5. ε. 13. 5. ζ. 10. 5.

2, 3. Similiter demonstrabitur, si $A = C$, fore $B = D$, & si $A < C$, fore $B < D$. Q.E.D.

* *Schol.* A fortiori, si $A:B < C:D$, & $A > C$: erit[η] $B > D$. Si fuerit $A = B$, & $A:B = C:D$: erit & $C = D$. Sumtis enim ipsarum A, B, C, D, aeque multiplicibus E, F, G, H: quia[θ] $E = F$, erit[ι] $G = H$, & proinde[κ] $C = D$. η. sch.praec. θ. 6. ax. ι. 5. def. 5. κ. 7. ax.

PROP. XV. THEOR.

Partes A, B *inter se comparatae eandem habent rationem, quam habent eorum aeque multiplices* C D, E F.



Sint CG, GH, HD partes multiplicis CD ipsi A aequales, & EK, KL, LF partes multiplicis EF ipsi B aequales. Erit ergo multitudo ipsarum CG, GH, HD aequalis multitudini ipsarum EK, KL, LF. Et quia $CG = GH = HD$, & $EK = KL = LF$: erit[λ] $CG:EK = GH:KL = HD:LF$. Qua- λ. 7.5. & 11.5.

 re

μ. 12. 5. re [μ] CG : EK = CD : EF. Est vero A : B = [ν]
ν. 7. 5. CG : EK. Ergo A : B = [ξ] CD : EF. Q. E. D.
ξ. 11. 5.

PROP. XVI. THEOR.



Si quatuor magnitudines proportionales fuerint, A : B = C : D : *& alterne proportionales erunt* A : C = B : D.

Sint ipsarum A, B aeque multiplices E, F, & ipsarum C, D aliae aeque multiplices G, H.
ο. 15. 5. Hinc A : B = [ο] E : F. Sed A : B = C : D (*hyp.*)
π. 11. 5. Ergo [π] C : D = E : F. Rursus C : D = [ο] G : H; hinc [π] E : F = G : H. Quare si E >, =, < G:
ρ. 14. 5. erit [ρ] & F >, =, < H. Ergo A : C = [σ] B : D.
σ. 5. def. 5. Q. E. D.

* *Schol.* Haec propositio & 14. locum tantum habent, si magnitudines proportionales eiusdem generis sunt. Ceterum ex hac demonstrare possumus, *si sit A : B = C : D*, & *A >< B*, *esse & C >< D*. Nam sumtis ipsarum A, B, C, D aeque multiplicibus E, F, G, H: quia [ο] A : B = E : F, &
τ. 16. 5. ergo [τ] A : E = B : F, & A >< B; erit E >< F. Hinc & [σ] G >< H. Sed quum sit [ο] G : H = C : D, & ergo [τ] G : C = H : D: erit [ρ] C >< D. Q. E. D.

PROP.

PROP. XVII. THEOR.



Si compositae magnitudines sint proportionales ($AC : BC = DF : EF$): *& diuisae proportionales erunt* ($AB : BC = DE : EF$).

Sumantur enim ipsarum quidem AB, BC, DE, EF aeque multiplices GH, HK, LM, MN, ipsarum vero BC, EF aliae vtcunque aeque multiplices KO, NP. Tota KG totius AC tam multiplex[a] est, quam HG ipsius AB, vel LM ipsius DE. a. 1. 5. Sed quam multiplex est LM ipsius DE, tam multiplex est[b] LN ipsius DF. Ergo GK & LN ipsarum AC, DF aeque sunt multiplices. Rursus[c] $HK + KO$ id est HO, & $MN + NP$ id est MP, aeque multiplices erunt ipsarum BC, EF. c. 2. 5. Est vero $AC : BC = DF : EF$. Ergo si $GK >, =, < HO$; erit quoque $LN >, =, < MP$. Si vero $GK >, =, < HO$: erit &, communi HK ablata, adhuc $GH >, =, < KO$; Et si $LN >, =, < MP$; erit, communi MN ablata, adhuc $LM >, =, < NP$. Ergo si $GH >, =, < KO$: erit & $LM >, =, < NP$. Quare[d] $AB : BC = DE : EF$. d. 5. def. 5. Q. E. D.

PROP.

PROP. XVIII. THEOR.

Si diuisae magnitudines sint proportionales ($AB : BC = DE : EF$): *& compositae proportionales erunt* ($AC : BC = DF : EF$).

Si negas: erit AC ad BC vt DF ad aliam FG ipsa FE minorem vel maiorem. Sit primo $FG < FE$. Sed
ψ. 17. 5. quum sit ψ $AB : BC = DG : FG$
ω. 11. 5. $=$ ω $DE : EF$, & $DG > DE$: erit α
α. 14. 5. $FG > FE$. Q. E. A. Similiter nec potest esse AC ad BC vt DF ad maiorem quam FE. Ergo $AC : BC = DF : FE$. Q. E. D.

PROP. XIX. THEOR.

Si fuerit vt tota AB *ad totam* CD, *ita ablata* AE *ad ablatam* CF: *erit reliqua* EB *ad reliquam* FD, *vt tota* AB *ad totam* CD.

Nam quia $AB : CD = AE : CF$:
β. 16. 5. erit alterne β $AB : AE = CD : CF$, &
γ. 17. 5. diuidendo γ $BE : EA = DF : FC$, & rursus alterne $BE : DF = EA : FC = AB : CD$. Q. E. D.

Corollar.

Quoniam ostensum est, si fuerit $AB : AE$
δ. 17. def. 5. $= CD : FC$, fore $AB : CD = BE : DF$: erit alterne $AB : BE = CD : DF$. Hinc δ *si compositae magnitudines proportionales fuerint, conuertendo etiam proportionales erunt.*

PROP.

PROP. XX. THEOR.



Si sint tres magnitudines A, B, C *& aliae ipsis numero aequales* D, E, F, *quae binae sumantur in eadem ratione* (A : B = D : E, & B : C = E : F); *ex aequo autem prima* A *maior sit quam tertia* C : *& quarta* D *quam sexta* F *maior erit ; & si aequalis, aequalis ; & si minor, minor.*

Quum enim A > C : erit A : B >[ε] C : B. Sed (hyp.) A : B = D : E, atque C : B =[ζ] F : E. Ergo D : E >[η] F : E. Ergo D >[θ] F. Similiter ostenditur, si A =, < C, fore D =, < F. Q. E. D.

ε. 8. 5.
ζ. hyp. & cor. 4. 5.
η. 13. 5.
θ. 10. 5.

PROP. XXI. THEOR.

Si sint tres magnitudines A, B, C, *& aliae ipsis numero aequales* D, E, F, *quae binae sumantur, & in eadem ratione; sit autem perturbata earum proportio* (A : B = E : F, & B : C = D : E), *& ex aequo prima* A *maior sit quam tertia* C : *& quarta* D *quam sexta* F *maior erit ; & si aequalis, aequalis ; & si minor, minor.*

Quia A > C ; est A : B >[ι] C : B. Sed est A : B = E : F, & inuertendo C : B = E : D. Ergo[κ] E : F > E : D. Ergo [λ] F < D, vel D > F. Similiter ostenditur, si A =, < C, fore D =, < F. Q. E. D.

ι. 8. 5.
κ. 13. 5.
λ. 10. 5.

PROP.

PROP. XXII. THEOR.



Si sint quotcunque magnitudines A, B, C, *& aliae ipsis numero aequales* D, E, F, *quae binae sumantur, in eadem ratione* (A : B = D : E, & B : C = E : F): *& ex aequo in eadem ratione erunt* (A : C = D : F).

Sumantur G, H ipsarum A, D aeque multiplices, & K, L ipsarum B, E aliae vtcunque aeque multiplices, nec non M, N ipsarum C, F. Ergo [μ] G : K = H : L, & K : M = L : N. Quare si sit G >, =, < M, erit [ν] H >, =, < N. Ergo A : C = [ξ] D : F. Q. E. D.

μ. 4. 5.
ν. 20. 5.
ξ. 5. def. 5.

* *Schol.*

1. Ergo rationum aequalium duplicatae, triplicatae &c. etiam aequales sunt.

2. Et vice versa, quarum rationum duplicatae, vel triplicatae &c. aequales sunt, eae inter se aequales sunt. Sint e. gr. ÷÷ a, b, c, d, & ÷÷ e, f, g, h, & sit a : d = e : h: erit a : b = e : f. Si negas: sit a : b = e : p, & p > f, & pone ÷÷ e, p, s, t. Igitur quia e : p < e : f, erit p : s < f : g, & s : t < g : h, ideoque s > g, & t > h (sch. 14. 5). Sed quia a : d = e : t, (per sch. 1.) & a : d = e : h: erit quoque t = h. Q. E. A.

PROP.

PROP. XXIII. THEOR.



Si sint tres magnitudines A, B, C, *& aliae ipsis numero aequales* D, E, F, *quae binae sumantur, in eadem ratione, sit autem perturbata earum proportio* (A : B = E : F, & B : C = D : E) : *& ex aequo in eadem ratione erunt* (A : C = D : F).

Sumtis G, H, K, ipsarum A, B, D aeque multiplicibus, & aliis L, M, N ipsarum C, E, F vtcunque aeque multiplicibus, erit [o] A : B = G : H, & E : F = M : N. Sed ponitur A : B = E : F. Ergo G : H [π] = M : N. Et quia B : C = D : E : erit H : L = [ρ] K : M. Quare [σ] si G >, =, < L : erit & K >, =, < N, & propterea [τ] A : C = D : F. Q. E. D.

o. 15. 5.
π. 11. 5.
ρ. 4. 5.
σ. 21. 5.
τ. 5. def. 5.

PROP. XXIV. THEOR.



Si prima A B *ad secundam* C *eandem habeat rationem, quam tertia* D E *ad quartam* F; *habeat autem & quinta* BG *ad secundam* C *eandem rationem, quam sexta* E H *ad quartam* F : *& composita e prima & quinta* A G *ad secundam* C *eandem rationem habebit, quam composita e tertia & sexta* D H *ad quartam* F.

Quum



Quum enim $BG : C = EH : F$: erit inuertendo $C : BG =$ [υ] $F : EH$. Et quia $AB : C = DE : F$: erit ex aequo [φ] $AB : BG = DE : EH$; ergo componendo [χ] $AG : GB = DH : HE$. Hinc quum praeterea ſit $GB : C = HE : F$, erit ex aequo [φ] $AG : C = DH : F$. Q. E. D.

υ. cor. 4. 5.
φ. 22. 5.
χ. 18. 5.

PROP. XXV. THEOR.



Si quatuor magnitudines fuerint proportionales ($AB : CD = E : F$): *maxima ipſarum* AB, *&* *minima* F *duabus reliquis* $CD + E$ *maiores erunt.*

Fiat enim $AG = E$, & $CH = F$. Quoniam ergo $AB : CD =$ [ψ] $E : F =$ [ω] $AG : CH$: erit $GB : HD =$ [α] $AB : CD$. Sed AB [ψ] $> CD$. Ergo $GB >$ [β] HD. Quare, quia $AG + F =$ [γ] $CH + E$: erit [δ] $AG + GB + F > CH + HD + E$, id eſt, $AB + F > CD + E$. Q. E. D.

ψ. hyp.
ω. 7. 5.
α. 19. 5.
β. ſch. 14. 5.
γ. 2. ax.
δ. 4. ax.

* Quae ſequuntur propoſitiones non ſunt Euclidis, ſed ex aliis deſumtae. Ob frequentem tamen earum vſum eas Euclideis ſubiungere, Iſaacum Barrow ſecuti, voluimus.

* PROP. XXVI. THEOR.

Si prima ad ſecundam habuerit maiorem rationem, quam tertia ad quartam: habebit inuertendo, ſecunda ad primam minorem rationem, quam quarta ad tertiam.

Sit

Sit $A : B > C : D$. Dico $B : A < D : C$. Nam
concipe $C : D = E : B$. Ergo [ε] $A : B > E : B$; ε. 13. 5.
quare [ζ] $A > E$: ergo [η] $B : A < B : E$ vel [θ] $D : C$. ζ. 10. 5.
Q. E. D. η. 8. 5.
θ. cor. 4. 5.

* PROP. XXVII. THEOR.



Si prima ad secundam habuerit maiorem rationem, quam tertia ad quartam: habebit quoque vicissim prima ad tertiam maiorem rationem, quam secunda ad quartam.

Sit $A : B > C : D$. Dico $A : C > B : D$. Nam
puta $E : B = C : D$: ergo [ι] $A > E$. Ergo $A : C$ ι. 10. 5.
$>$ [κ] $E : C$ vel [λ] $B : D$. Q. E. D. κ. 8. 5.
λ. 16. 5.

* PROP. XXVIII. THEOR.

Si prima ad secundam habuerit maiorem rationem, quam tertia ad quartam: habebit quoque composita prima cum secunda ad secundam maiorem rationem, quam composita tertia cum quarta ad quartam.



Sit $AB : BC > DE : EF$. Dico $AC : BC >$
$DF : EF$. Nam cogita $GB : BC = DE : EF$. μ. 10. 5.
Ergo [μ] $AB > GB$; adde vtrinque BC, erit [ν] AC ν. 4. ax.
$> GC$, ergo [ξ] $AC : BC > GC : BC$ id est [ο] $DF :$ ξ. 8. 5.
EF. Q. E. D. ο. 18. 5.

* PROP. XXIX. THEOR.

Si composita prima cum secunda ad secundam maiorem habuerit rationem, quam composita tertia cum quarta ad quartam: habebit quoque diuidendo prima ad secundam maiorem rationem, quam tertia ad quartam.



Sit $AC : BC > DF : EF$: dico $AB : BC > DE :$
π. 10. 5. EF. Intellige $GC : BC = DF : EF$. Ergo [π] AC
ρ. 5. ax. $> GC$. Aufer communem BC: erit [ρ] $AB > GB$.
σ. 8. 5. Ergo $AB : BC >$ [σ] $GB : BC$, vel [τ] $DE : EF$.
τ. 17. 5. Q. E. D.

* PROP. XXX. THEOR.

Si composita prima cum secunda ad secundam habuerit maiorem rationem quam composita tertia cum quarta ad quartam: habebit per conuersionem rationis prima cum secunda ad primam minorem rationem, quam tertia cum quarta ad tertiam.

Sit $AC : BC > DF : EF$: dico $AC : AB < DF :$
υ. hyp. DE. Nam quia [υ] $AC : BC > DF : EF$: erit di-
φ. 29. 5. uidendo $AB : BC >$ [φ] $DE : EF$; inuertendo igi-
χ. 26. 5. tur [χ] $BC : AB < EF : DE$, ergo componendo
ψ. 28. 5. $AC : AB$ [ψ] $< DF : DE$. Q. E. D.

* PROP. XXXI. THEOR.



Si sint tres magnitudines A, B, C, & *aliae ipsis aequales numero* D, E, F; *sitque maior ratio primae priorum ad secundam, quam primae posteriorum ad secundam* ($A : B > D : E$), *item secundae priorum ad tertiam maior, quam secundae posteriorum ad tertiam* ($B : C > E : F$): *erit quoque ex aequo maior ratio primae priorum ad tertiam, quam primae posteriorum ad tertiam* ($A : C > D : F$).

α. 10. 5. Concipe $G : C = E : F$. Ergo [α] $B > G$, ergo [α]
α. 8. 5. $A : G > A : B$. Rursus puta $H : G = D : E$: er-
go

go $^{\beta}$ H : G $<$ A : B, & fortius $^{\gamma}$ H : G $<$ A : G. β. 13. 5.
Quare * A $>$ H. Proinde A : C $>$ $^{\alpha}$H : C vel $^{\delta}$ γ. sch. 13. 5.
D : F. Q. E. D. δ. 22. 5.

* PROP. XXXII. THEOR.



Si sint tres magnitudines A, B, C, *& aliae ipsis numero aequales* D, E, F; *sitque maior ratio primae priorum ad secundam, quam secundae posteriorum ad tertiam* (A : B $>$ E : F), *item secundae priorum ad tertiam, quam primae posteriorum ad secundam* (B : C $>$ D : E): *erit quoque ex aequo maior ratio primae priorum ad tertiam, quam primae posteriorum ad tertiam* (A : C $>$ D : F).

Huiusce demonstratio plane similis est demonstrationi praecedentis.

* PROP. XXXIII. THEOR.

Si fuerit maior ratio totius AB *ad totum* CD, *quam ablati* AE *ad ablatum* CF: *erit & reliqui* EB *ad reliquum* FD *maior ratio, quam totius* AB *ad totum* CD.

Quoniam AB : CD $>$ AE : CF : erit $^{\varepsilon}$ permutando AB : AE $>$ CD : CF ; ergo conuertendo $^{\zeta}$ ε. 27. 5.
AB : EB $<$ CD : DF, permutando igitur AB : ζ. 30. 5.
CD $^{\varepsilon}$ $<$ EB : DF. Q. E. D.

* PROP. XXXIV. THEOR.

Si sint quotcunque magnitudines, & aliae ipsis aequales numero, sitque maior ratio primae priorum *ad primam poſteriorum, quam ſecundae ad ſecundam, & haec maior, quam tertiae ad tertiam, & ſic deinceps: habebunt omnes priores ſimul ad omnes poſteriores ſimul maiorem rationem, quam omnes priores, relicta prima, ad omnes poſteriores, relicta quoque prima; minorem autem, quam prima priorum ad primam poſteriorum; maiorem denique etiam quam vltima priorum ad vltimam poſteriorum.*

Horum demonſtratio eſt penes interpretes, quos adeat, qui eam deſiderat. Nos omiſimus, breuitatis ſtudio, & quia eorum nullus vſus in his elementis.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER VI.

* * * * * * * * * * * * * *

DEFINITIONES.

1. *Similes figurae rectilineae* ſunt, quae & ſingulos angulos ſingulis aequales habent, & circa aequales angulos latera proportionalia.

* Nota ſimilitudinis eſt haec $\sim$.

2. *Reciprocae figurae* ſunt, quando in vtraque figura *antecedentes & conſequentes rationum termini fuerint.

3. *Secundum extremam & mediam rationem recta linea ſecta* eſſe dicitur, quando vt tota ad maius ſegmentum, ita maius ſegmentum ad minus ſe habuerit.

4. *Altitudo cuiusque figurae* eſt linea perpendicularis a vertice ad baſin ducta.

5. *Ratio ex rationibus componi* dicitur, quando rationum quantitates inter ſe multiplicatae illius faciunt quantitatem.

* Signum quantitatis rationis A : B eſt $\frac{B}{A}$, ſcilicet ſignum quoti, qui indicat, quoties antecedens contineat conſequentem vel aliquotam eius partem. Iam quia rationum A : B & B : C quantitates $\frac{A}{B}$ & $\frac{B}{C}$ inter ſe multiplicatae faciunt $\frac{A}{C}$, quae quantitas eſt rationis A : C : dicimus rationem A : C componi ex rationibus A : B & B : C, quod ſic ſcribimus (A : C) $=$ (A : B) $+$ (B : C).

PROP. I. THEOR.

Triangula ABC, ACD, *& parallelogramma* EC, CF, *quae eandem habent altitudinem, sunt inter se vt bases* BC, CD.



1. In BD producta sumantur BG = GH = BC, & DK = KL = CD, & iungantur AH, AG,
α. 38. 1. AK, AL. Ergo [α] Δ ABG = Δ. AGH = Δ. ABC, & sunt proinde basis HC & Δ ACH basis BC & trianguli ABC aeque multiplicia. Similiter patet esse basin CL & Δ.* ACL basis CD & Δ. ACD aeque multiplicia. Iam si HC >, =, < CL: erit & [α] Δ ACH >, =, <
β. 5. def. 5. Δ. ACL. Ergo BC : CD = [β] Δ. ACB : Δ. ACD. Q. E. D.

γ. 41. 1. 2. Quia Pgra. EC : CF sunt dupla [γ] Δrum
δ. 15. 5. ABC, ACD, & hinc [δ] EC : CF = Δ. ABC : Δ
ε. 11. 5. ACD : erit [ε] EC : CF = BC : CD. Q. E. D.

* *Schol.*



Hinc triangula ABC, DEF, *& pgra.* GC, HF, *quorum aequales sunt bases* BC, EF, *ita se habent vt altitudines* AI, DK.

Sume IL = CB, & KM = FE, ac iunge LA,
ζ. 1. 6. MD. Quia ergo IL = KM: erit [ζ] Δ. ALI : Δ.
η. 38. 1. DMK = AI : DK. Sed Δ. ALI = [η] Δ. ABC, &
ϑ. 7. & 11. 5. Δ. DMK = Δ. DEF. Ergo Δ. ABC : Δ DEF = [ϑ]
ι. 15. 5. AI : DK = [ι] Pgr. GC : Pgr. HF. Q. E. D.

PROP.

PROP. II. THEOR.



Si vni laterum BC *trianguli* ABC *parallela recta linea* DE *ducatur: haec proportionaliter secabit ipsius trianguli latera* AB, AC. *Et si trianguli* ABC *latera* AB, AC *proportionaliter secta fuerint: quae sectiones coniungit recta linea* DE *reliquo trianguli lateri* BC *parallela erit.*

1. Sit DE ad BC parallela: dico fore BD: DA = CE: EA. Iungantur enim DC, BE. Et quia[κ] DE, BC parallelae, erit $\triangle$ BDE =[λ] $\triangle$ CDE. Ergo $\triangle$. BDE: $\triangle$. ADE =[μ] $\triangle$. CDE: $\triangle$. ADE. Atqui $\triangle$. BDE: $\triangle$. ADE =[ν] BD: DA, & $\triangle$. CDE: $\triangle$. ADE = CE: EA. Ergo BD: DA =[ξ] CE: EA. Q. E. D.

κ. hyp.
λ. 37. 1.
μ. 7. 5.
ν. 1. 6.
ξ. 11. 5.

2. Quia[ο] BD: DA = CE: EA, & BD: DA =[π] $\triangle$. BDE: $\triangle$ EDA, & CE: EA = $\triangle$. CDE: $\triangle$ EDA: erit[ρ] $\triangle$. BDE: $\triangle$ EDA = $\triangle$ CDE: $\triangle$ EDA, & hinc $\triangle$ BDE =[σ] $\triangle$ CDE. Quare[τ] ED, BC parallelae sunt. Q. E. D.

ο. hyp.
π. 1. 6.
ρ. 11. 5.
σ. 9. 5.
τ. 39. 1.

PROP. III. THEOR.



Si trianguli ABC *angulus* A *bifariam secetur, secans autem angulum recta linea* AD *secet etiam basin* BC: *basis segmenta* BD, DC *eandem rationem habebunt, quam reliqua trianguli latera* BA, AC.



Et si basis BC *segmenta* BD, DC *eandem habeant rationem, quam reliqua trianguli* ABC *latera* BA, AC: *quae a vertice* A *ad sectionem* D *ducitur recta linea* AD, *trianguli angulum* A *bifariam secabit.*

1. Ducatur enim ad AD parallela CE, & producatur BA in E. Quia ergo ang. ACE
υ. 29. 1. $=^{\upsilon}$ CAD, & AEC $=^{\upsilon}$ BAD, & CAD $=^{\varphi}$
φ. hyp. χ. 6. 1. BAD: erit ACE $=$ AEC, & AC $=^{\chi}$ AE.
ψ. 2. 6. Hinc$^{\psi}$ BD : DC $=$ BA : AC. Q. E. D.

2. Iisdem constructis, si BD : DC $=$ BA : AC: quia BD : DC $=^{\psi}$ BA : AE, erit BA : AC
α. 11. 5. $=^{\alpha}$ BA : AE, & ergo AC $=^{\alpha}$ AE, & ang.
α. 9. 5. ACE $=^{\beta}$ AEC. Sed ang. ACE $=^{\upsilon}$ DAC
β. 5. 1. & ang. AEC $=^{\upsilon}$ BAD. Ergo ang. BAD $=$ DAC. Angulus igitur A bisectus est a recta AD. Q. E. D.

PROP. IV. THEOR.



Aequiangulorum triangulorum ABC, DCE *proportionalia sunt latera quae circum aequales angulos; & homologa sunt latera, quae aequalibus angulis subtenduntur.*

Sit ang. A $=$ D, B $=$ DCE, & ACB $=$ E: dico fore BA : AC $=$ CD : DE, item BC : CA $=$ CE : ED, & AB : BC $=$ DC : CE.

Posita

Posita enim CE ipsi BC in directum, produc BA & ED, quae in F concurrent: quia ang. $B + E =$ [γ] $B + ACB <$ [δ] 2. Rectis. γ. hyp. δ. 17. 1.
Et quia ergo CD ad BF, & AC ad FE parallela [ε] est: erit [ζ] $AF = CD$, & $FD = AC$. Sed [η] $BA : AF = BC : CE$, & alterne $AB : BC = AF : CE$, & $DC : CE =$ [θ] $AF : CE$. Ergo $AB : BC = DC : CE$. ε. 28. 1. ζ. 34. 1. η. 2. 6. θ. 7. 5.

Rursus ob CD, BF parallelas est [η] $BC : CE = FD : DE = AC : DE$. Ergo alterne $BC : CA = CE : ED$.

Et quia erat $AB : BC = DC : CE$: erit ex aequo [ι] $BA : AC = CD : DE$. Q. E. D. ι. 22. 5.

** Scholium.*

1. Hinc $AB : DC =$ [κ] $BC : CE = AC : DE$. κ. 16. 5.
2. Si in △. EFB ducitur basi BF parallela CD; est $BF : CD$ [λ] $= BE : EC = FE : ED$. λ. 18. 5.
3. Triangula aequiangula similia sunt.

PROP. V. THEOR.



Si duo triangula ABC, DEF latera habeant proportionalia: aequiangula erunt triangula, & aequales habebunt angulos, quibus homologa latera subtenduntur.

Fac ad rectae DE [μ] punctum quidem D ang. $EDG = CAB$, ad punctum vero E ang. $DEG = CBA$: & reliqui G, C aequales erunt [ν]. Ergo [ξ] $AB : BC = DE : EG$. Sed [ο] $AB : BC = DE : EF$. Ergo $EG =$ [π] EF. Similiter quia μ. 23. 1. ν. 32. 1. ξ. 4. 6. ο. hyp. π. 9. 5.

ED : DG $=$ [ξ] AB : AC $=$ [o] ED : DF, erit DG $=$ DF. Quare [ρ] ang. F $=$ G $=$ C, & ang. FDE $=$ EDG $=$ A, & ang. FED $=$ DEG $=$ B. Q. E. D.

ρ. 8. 1.

* *Schol.* Talia ergo triangula similia sunt. (3. sch. 4. 6.)

PROP. VI. THEOR.



Si duo triangula ABC, DEF *unum angulum* A *uni angulo* FDE *aequalem habeant; circa aequales autem angulos latera proportionalia* (BA : AC $=$ ED : DF): *aequiangula erunt triangula, & aequales habebunt angulos, quibus homologa latera* BA, ED, & AC, DF *subtenduntur* (B $=$ DEF, & C $=$ DFE).

Ad rectam DF fiant ang. HDF $=$ A vel FDE, & ang. DFH $=$ C. Erit ergo [σ] ang. H $=$ B, & HD : DF $=$ [τ] BA : AC $=$ [υ] ED : DF. Quare [φ] HD $=$ ED, ideoque [χ] ang. DEF $=$ H $=$ B, & ang. DFE $=$ DFH $=$ C. Q. E. D.

σ. 32. 1.
τ. 4. 6.
υ. hyp.
φ. 9. 5.
χ. 4. 1.

* *Schol.* Talia ergo triangula similia sunt.

PROP. VII. THEOR.



Si duo triangula ABC, DEF *unum angulum* A *uni* D *aequalem habeant; circa alios autem angulos* ABC & E *latera proportionalia*

tionalia (AB : BC = DE : EF); *reliquorum vero* C, F *vtrumque ſimul vel minorem vel non minorem recto: aequiangula erunt triangula, & aequales habebunt angulos* ABC & E, *circa quos latera ſunt proportionalia.*

1. Si enim non eſt ABC = E: ſit alteruter
ABC maior, & ponatur[ψ] ang. ABH = E. Sint ψ. 23. 1.
C, F acuti. Iam quia & A = D: erit in ae- ω. 32. 1.
quiangulis[ω] triangulis ABH, DEF, AB: BH α. 4. 6.
=[α] DE: EF. Sed[β] AB : BC = DE : EF. Er- β. hyp.
go[γ] BH = BC, ideoque[δ] ang. BHC = C <[β] γ. 9. 5.
Recto. Quare[ε] ang. BHA > recto, & proin- δ. 5. 1.
de ang. F > recto; contra hypotheſin. ε. 13. 1.

2. Pone autem vtrumque C, F non eſſe recto minorem, & tamen ABC > E. Quia ang. BHC = C: ang. BHC + C non eſſent duobus rectis minores. Q. E. A[ζ]. Ergo in vtroque caſu ang. ABC = E; & hinc ang. C = F. Q. E. D. ζ. 17. 1.

* *Scholium.*

1. Talia ergo triangula etiam ſimilia ſunt. (3. ſch. 4. 6).

2. Eodem prorſus modo ex 26. 1. in locum 4. 6. ſubſtituta demonſtrari poteſt hoc theorema: *Si duo triangula vnum angulum vni aequalem habeant, circa alios autem angulos latera aequalia, reliquorum vero angulorum vtrumque ſimul aut minorem aut non minorem recto: aequalia erunt triangula, & aequales habebunt angulos, circa quos ſunt aequalia latera, & tertium latus tertio aequale habebunt.*

PROP.

PROP. VIII. THEOR.



* *Si in triangulo rectangulo* ABC *ab angulo recto* A *ad basin* BC *perpendicularis* AD *ducatur: quae ad perpendicularem sunt triangula* ADB, CDA *& toti* ABC *& inter se sunt similia.*

a. 10. ax. Nam ang. BDA = a CDA = BAC, & ang.
b. 32. 1. BAD = b C, ob communem B, item ang. CAD = B, ob communem C. Ergo △a. ADB,
c. 3. sch. 4. 6. CDA, & ABC sunt aequiangula, & proinde c similia. Q. E. D.

Coroll.

Ex hoc manifestum est, *in triangulo rectangulo perpendicularem, ab angulo recto ad basin ductam, mediam proportionalem esse inter segmenta basis* (∺ BD, DA, DC); & praeterea, *inter basin & basis segmentum vtrumlibet, latus segmento conterminum medium esse proportionale* (∺ BC, CA, CD, & ∺ CB, BA, BD).

PROP. IX. PROBL.



A data recta linea AB *imperatam partem* (e. gr. tertiam) *abscindere.*

Ducatur ex A sub quouis angulo recta AC, & in ea sumatur punctum D vtcunque, & ipsi AD aequales fiant DE, EC. Iunctae BC parallela fiat DF.

a. 2. 6. Erit ergo a BF : FA = CD : DA. Sed DC
b. 8. def. 5. = 2 DA, ergo BF = b 2 AF, & AB = 3 AF, id est AF = ⅓ AB. Q. E. F.

* *Schol.*

* *Schol.* Sumitur in hac demonſtratione, ſi quatuor magnitudinum proportionalium (CD : DA = BF : FA) prima ſecundae ſit multiplex, tertiam quartae aeque multiplicem eſſe. Cuius veritas, ſi cui ex 3. & 8 def. 5. non pateret, ſic oſtendi poſſet. Sumatur aliqua G, quae ſit aeque multiplex ipſius FA ac CD ipſius DA: erit (15. 5.) G: CD = FA: DA, & alterne G: FA = CD: DA = BF: FA. Ergo BF = G. & ideo BF tam multiplex ipſius FA, quam CD ipſius DA.

PROP. X. PROBL.



Datam rectam lineam inſectam AB *ſimiliter ſecare, vt data recta* AC *ſecta eſt* (in D, E).

Pone datas AB, AC ita vt quemuis angulum A comprehendant; iunge BC, & huic duc parallelas EG, DF.

Iam, ſi praeterea ipſi AB ducta fuerit parallela DHK, erit μ DH = FG & HK = GB. μ. 34. 1.
Porro in △ KDC eſt ν CE : ED = KH : HD ν. 2. 6.
= ξ BG : GF. Et in △ GAE eſt ED : DA = ν ξ. 7. 5.
GF : FA. Ergo ſegmenta rectae AB ſe habent vt ſegmenta rectae AC. Q. E. F.

* Corollar.

Ergo *ſi ad vnum trianguli latus plures parallelae ductae fuerint: erunt omnia laterum reliquorum ſegmenta proportionalia.*

* Scho-

* *Scholium.*



Hinc discimus *rectam datam* AB *in quotuis aequales partes* (puta 5) *secare*, id quod facilius praestatur sic: Duc infinitam AD, eique parallelam BH etiam infinitam. Ex his cape partes aequales AR, RS, SV, VN, & BZ, ZX, XT, TL, in singulis vna pauciores, quam desiderantur in AB. Tum rectae ducantur LR, TS, XV, ZN, hae quinquisecabunt

a. 33. 1. datam AB. Nam RL, ST, VX, NZ [a] parallelae sunt, ergo quum AR, RS, SV, VN aequales sint,

π. cor. huj. & sch. 14. 5. erunt [π] AM, MO, OP, PQ aequales. Similiter quia BZ = ZX, erit BQ = QP. Ergo AB quinquisecta est.

PROP. XI. PROBL.



Duabus datis rectis lineis AB, AC *tertiam proportionalem inuenire.*

Datas rectas sub quouis angulo A positas produc, & in AB producta cape BD = AC, iunge BC, cui parallelam age DE.

ρ. 2. 6. Sic erit AB: BD id est AB : AC = [ρ] AC : CE. Q. E. F.

PROP. XII. PROBL.



Tribus datis rectis lineis A, B, C, *quartam proportionalem inuenire.*

Sub angulo quouis D ducantur rectae infinitae DE, DF, in quibus

capia-

capiatur DG $=$ A, GE $=$ B, DH $=$ C; iunctae GH parallela ducatur EF.

His enim factis erit[σ] DG : GE $=$ DH : HF, id est A : B $=$ C : HF. Q. E. F. σ. 2. 6.

PROP. XIII. PROBL.



Duabus datis rectis lineis AB, BC, *mediam proportionalem inuenire.*

Ponantur in directum, & super AC describatur semicirculus ADC, ducaturque a puncto B ipsi AC ad rectos angulos BD.

Ductis enim AD, DC, erit, ob ang. ADC[τ] rectum, $\div$ AB; BD, BC[υ]. Q. E. F. τ. 31. 3. υ. cor. 8. 6.

* *Scholium.*

Et (per 1. sch. 31. 3.) *si recta* BD, *rectae* AC *ad rectos insistens, sit media proportionalis inter huius segmenta* AB, BC: *semicirculus super hac* AC *descriptus, per extremum illius* D *transibit.* Nam quia (per 6. 6) ang. A $=$ BDC, & C $=$ ADB: erit ADC rectus (per cor. 31. 3).

PROP. XIV. THEOR.



Parallelogrammorum AB, BC, *aequalium, & vnum angulum* B *vni* B *aequalem habentium, reciproce proportionalia sunt latera, quae circum aequales angulos* (DB : BE $=$ GB : BF). *Et quorum parallelogrammorum* AB, BC, *vnum angulum* B *vni* B *aequalem habentium, reciproce proportionalia sunt latera, quae circum aequales angulos* B, *illa inter se sunt aequalia.* Positis



φ. 3. sch. 15. 1. Positis in directum DB & BE: erunt & FB, BG [φ] in directum. Compleatur Pgr. FE.

1. Iam quia Pgr. AB = BC: erit AB: FE = [χ] BC:
χ. 7. 5.
ψ. 1. 6. FE. Sed AB: FE = [ψ] DB: BE, & BC: FE =
ω. 11. 5. GB: BF. Ergo DB: BE = [ω] GB: BF. Q. E. D.

2. Quia per hyp. DB: BE = GB: BF; & DB: BE = [ψ] Pgr. AB: FE; & GB: BF = BC: FE: erit Pgr. AB: FE = [ω] BC: FE; quare
α. 9. 5. Pgr. AB = [α] BC. Q. E. D.

PROP. XV. THEOR.



Triangulorum aequalium, ABC, ADE, *& vnum angulum* BAC *vni* DAE *aequalem habentium, reciproce proportionalia sunt latera, quae circum aequales angulos* (CA : AD = EA : AB). *Et quorum triangulorum* ABC, ADE, *vnum angulum* BAC *vni* DAE *aequalem habentium, reciproce proportionalia sunt latera, quae circum aequales angulos, illa sunt inter se aequalia.*

Ponantur in directum latera CA, AD, quo
β. 3. sch. 15. 1. facto & BA, AE in directum [β] erunt. Iungatur quoque BD.

γ. 7. 5. 1. Iam quia △. ABC = ADE per hyp. erit [γ] △. ABC: △ ABD = △ ADE: △ ABD. At-
δ. 1. 6. qui △ ABC: △ ABD = [δ] CA: AD, & △. ADE:

ADE : △ ABD = EA : AB. Ergo CA : AD ε. 11. 5.
=[ε] EA : AB. Q. E. D.

2. Quum per hyp. CA : AD = EA : AB, & CA : AD =[δ] △ ABC : △ ABD, & EA : AB =[δ] △ ADE : △ ABD : erit △ ABC : ABD =[ε] ADE : ABD. Ergo △ ABC [ς]= △ ADE. Q. ς. 9. 5.
E. D.

PROP. XVI. THEOR.



Si quatuor rectae lineae proportionales fuerint AB : CD = E : F : *rectangulum* AB × F, *sub extremis comprehensum, aequale est rectangulo* CD × E, *quod sub mediis comprehenditur. Et si rectangulum* AB × F, *sub extremis comprehensum, aequale fuerit ei* CD × E, *quod sub mediis comprehenditur : quatuor rectae lineae* AB, CD, E, F *proportionales erunt.*

Fiat enim [ζ] super AB rectangulum cuius ζ. sch. 46. 1.
alterum latus BG = F, item super CD fiat Rgl. CH, cuius alterum latus DH = E.

1. Quia ponitur AB : CD = E : F =[η] DH : η. 7. 5.
BG : erit [θ] AG = CH, id est AB × F = CD θ. 14. 6.
× E. Q. E. D.

2. Quia Pgra. AG, CH, angulos rectos B, D aequales habentia, aequalia ponuntur : erit AB : CD [θ]= DH : BG = E : F. Q. E. D.

* *Schol.* Hinc *ad datam rectam* AB facile est *datum rectangulum* CH *applicare*, faciendo [ι] AB : ι. 12. 6.
CD = DH : BG.

PROP. XVII. THEOR.



Si tres rectae lineae A, B, C, *proportionales fuerint: rectangulum sub extremis* A, C *comprehensum aequale est ei quod a media* B *fit quadrato. Et si rectangulum sub extremis* A, C *comprehensum aequale fuerit ei quod a media* B *fit quadrato: tres rectae lineae* A, B, C, *proportionales erunt.*

1. Sit D = B. Iam quia (hyp.) A : B =
κ. 16. 6. B : C: erit A : B = D : C. Ergo A $\times$ C =[κ]
λ. 29. def. 1. B $\times$ D =[λ] Bq. Q. E. D.

2. Quia ponitur A $\times$ C = Bq = B $\times$ D: erit[κ] A : B = D : C = B : C. Q. E. D.

PROP. XVIII. PROBL.

A data recta linea AB *dato rectilineo* CE *simile & similiter positum rectilineum describere.*

μ. 23. 1. Iunge DF, & fac[μ] ang. A = C, & ang. ABH = CDF, ang. vero BHG = DFE, & ang. HBG = FDE. Rectilineum AHGB erit $\sim$ ipsi CDEF.

ν. constr. & 32. 1. Nam $\triangle$. HBA aequiangulum[ν] est $\triangle$ FDC:
ξ. 1. sch. 4. 6. & ergo[ξ] HB : FD = HA : FC = AB : CD. Eadem ratione in $\triangle$is HGB, FED est HB : FD
ο. 11. 5. = BG : DE = GH : EF. Ergo[ο] HA : FC

= AB

= AB : CD = BG : DE = GH : EF. Praeterea per constr. est ang. A = C, & B = ABH + HBG = CDF + FDE = D, & G = ' E, & H = GHB + BHA = EFD + DFC = F. Ergo rectilineum AHGB dato CE simile [π] est & similiter super data AB positum. Q. E. F. π. 1. def. 6.

PROP. XIX. THEOR.



Similia triangula ABC, DEF *sunt inter se in duplicata ratione laterum homologorum*, BC, EF.

Fiat enim [ρ] ÷÷ BC, EF, BG, iungatur GA. Quia igitur (hyp.) est AB : BC = DE : EF, & alterne [σ] AB : DE = BC : EF = [τ] EF : BG, ang. autem B = E (hyp.): erit △ ABG = [υ] △ DEF. Quare △ ABC : △ DEF = [φ] △ ABC : △ ABG = [χ] BC : BG = [ψ] $(BC : EF)^2$. Q. E. D.

ρ. 11. 6.
σ. 16. 5.
τ. constr.
υ. 15. 6.
φ. 7. 5.
χ. 1. 6.
ψ. 10. def. 5.

PROP. XX. THEOR.



Similia polygona ABCDE, FLKGH *in similia triangula diuiduntur, & numero aequalia, & homologa totis. Et polygonum* ABCDE *ad polygonum* FLKGH *duplicatam rationem habet eius, quam latus homologum* AB *habet ad latus homologum* FH.



α. 1. def. 6. β. 6. 6.

1. Iungantur EB, EC, LH, LG. Quia[α] ang. EAB = LFH, & BA : AE = HF : FL : erit[β] △. EAB ∾ △ LFH, & ang. ABE = FHL, & EB : BA = LH : HF. Sed est etiam[α] ang. ABC = FHG, & AB : BC = FH : HG. Ergo ang. EBC =[γ] LHG, & ex aequo[δ] EB : BC = LH : HG. Quare[β] △ BEC ∾ △ HLG, & ang. ECB = LGH, & EC : CB = LG : GH. Hinc similiter demonstratur △ CED ∾ △ GLK. Q. E. D.

γ. 3. ax. δ. 22. 5.

2. Dico fore △ ABE : △ FHL = △ BEC : △ HLG = △ CED : △ GLK = Pol. ABCDE : Pol. FHGKL. Iungantur enim AC, FG, DB, KH. Iam quia propter similitudinem polygonorum ang. ABC = FHG, & AB : BC = FH : HG : erit[β] ang. BAM = HFN, & BCM = HGN. Sed[ε] ang. ABM = FHN, & MBC = NHG, ergo[ζ] aequiangula sunt △a ABM, FHN, item △ MBC, NHG. Quare[η] AM : MB = FN : NH, & MB : MC = NH : NG, &[δ] ex aequo AM : MC = FN : NG. Atqui[θ] △ ABM : △ MBC = AM : MC = △ AME : △ EMC, & hinc △ ABE : △ BEC =[ι] △ ABM : △ MBC = AM : MC. Similiter ostenditur △ FHL : △ HLG = FN : NG. Ergo[κ] △ ABE : △ BEC = △ FHL : △ HLG, & alternando △ ABE : △ FHL = △ BEC : △ HLG. Similiter ostendemus ope rectarum DB, KH esse △ BEC : △ HLG

ε. dem. ζ. 32. 1. η. 4. 6. θ. 1. 6. ι. 12. 5. κ. 11. 5.

$\triangle$ HLG = $\triangle$ CED : $\triangle$ GLK. Quare erit $\triangle$. ABE : $\triangle$ FHL = $\triangle$ BEC : $\triangle$ HLG = $\triangle$. CED : $\triangle$ GLK = [ι] Pol. ABCDE : Pol. FHGKL. Q. E. D. *

Aliter & expeditius idem ſic demonſtratur. Quia $\triangle$ ABE $\sim$ [ι] $\triangle$ FHL, eſt $\triangle$ ABE : $\triangle$ FHL = [λ] $(BE : HL)^2$. Sed $\triangle$ EBC, LHG ob ſimilitudinem ſunt in eadem ratione $(BE : HL)^2$. Ergo $\triangle$ ABE : $\triangle$ FHL = $\triangle$ EBC : $\triangle$ LHG. Similiter $\triangle$ EBC : $\triangle$ LHG = $(CE : GL)^2$ = $\triangle$ CED : $\triangle$ GLK. Ergo $\triangle$ ABE : $\triangle$ FHL = $\triangle$ EBC : $\triangle$ LHG = $\triangle$ CED : $\triangle$ GLK = [ι] Pol. ABCDE : Pol. FHGKL. Q. E. D. λ. 19. 6.

3. Dico ABCDE : FHGKL = $(AB : FH)^2$. Nam quia [ι] $\triangle$ ABE : $\triangle$ FHL = [λ] $(AB : FH)^2$: erit Pol. ABCDE : Pol. FHGKL = [κ] $(AB : FH)^2$. Q. E. D.

Corollaria.

1. Quum de ſimilibus quadrilateris eodem modo demonſtretur, ea eſſe in ratione duplicata laterum homologorum, & idem de triangulis [μ] oſtenſum ſit: patet vniuerſe, *ſimiles rectilineas figuras inter ſe eſſe in ratione duplicata homologorum laterum.* μ. 19. 6.

2. Et quia, ſi homologis lateribus AB, FH tertia proportionalis T ſumitur, eſt AB ad T in ratione duplicata [ν] homologorum laterum: manifeſtum eſt, *ſi tres rectae lineae proportionales fuerint, vt prima ad tertiam, ita eſſe figuram rectilineam, quae fit a prima, ad ſimilem & ſimiliter deſcriptam a ſecunda.* ν. 10. def. 5.

** Schol.*

Hinc elicitur methodus *figuram quamuis rectilineam augendi vel minuendi in ratione data.* Vt

 ſi velis

si velis Pentagoni, cuius latus CD, aliud facere
ξ. 13. 6. quintuplum: inter CD & 5 CD quaere ξ mediam
o. 18. 6. proportionalem, super quam o construe pentagonum simile dato. Hoc erit quintuplum dati.

PROP. XXI. THEOR.



Quae A, B, *eidem rectilineo* C *sunt similia, & inter se sunt similia.*

Nam quia vtrumque A, B eidem C simile
π. 1. def. 6. est: vtrumque π aequiangulum erit ipsi C, & circum aequales angulos latera habebit pro-
ρ. 1. ax. portionalia. Quare & A ipsi B aequiangulum ρ est, & in vtroque latera circum aequales an-
σ. 11. 5. gulos proportionalia σ sunt; ac ergo A $\sim$ π B. Q. E. D.

PROP. XXII. THEOR.



Si quatuor rectae lineae proportionales fuerint (AB : CD = EF : GH) : *& rectilinea*, AKB, CLD, FM, GN, *quae ab ipsis fiunt, similia & similiter descripta, proportionalia erunt. Et si rectilinea* AKB, CLD, FM, GN, *quae ab ipsis* AB, CD, EF, GH *fiunt, similia & similiter descripta, proportionalia fuerint: & ipsae rectae lineae* AB, CD, EF, GH *proportionales erunt.*

1. Su-

1. Sumatur enim[τ] ipsis AB, CD tertia pro- τ. 11. 6.
portionalis O, & ipsis EF, GH tertia propor-
tionalis P. Et quia est[υ] AB : CD = EF : GH, υ. hyp.
& ergo CD : O = [φ] GH : P : erit ex aequo[χ] φ. 11. 5.
AB : O = EF : P. Atqui AB : O = [ψ] AKB : χ. 22. 5. ψ. 2. cor.
CLD, & EF : P = [ψ] FM : GN. Ergo [φ] est 20. 6.
AKB : CLD = FM : GN. Q. E. D.

2. Sit AKB : CLD = FM : GN, & fiat[ω] AB : ω. 12. 6.
CD = EF : QR, a qua[α] ipsi FM vel GN si- α. 18. 6.
mile & similiter positum RS describatur. Ergo
erit (per part. 1. hui.) AKB : CLD = FM : RS.
Hinc FM : GN = [φ] FM : RS. Est ergo[β] RS β. 9. 5.
= GN, & hinc (per Lemma sequens) QR =
GH, ideoque AB : CD = [γ] EF : GH. Q. E. D. γ. 7. 5.

LEMMA.

Si rectilinea GN, RS *similia & aequalia sunt: homologa ipsorum latera* GH, QR *inter se sunt aequalia.*

Si enim negas: alterutrum veluti QR > GH
erit. Et quia est per hyp. QR : QS = GH :
HN : erit QS > [δ] HN. Quare △ RSQ ipsi δ. 14. 5.
GNH impositum non congruet, sed maius erit.
Est autem[ε] Rectil. SR : Rectil. GN = △ RSQ : ε. 20. 6.
△ GNH. Ergo[δ] esset Rectil. SR > Rectili-
neo GN : contra hypothesin. Ergo GH =
QR. Q. E. D.

PROP. XXIII. THEOR.



Aequiangula Parallelogramma AC, CF *inter se rationem habent ex lateribus compositam* AC : CF = (BC : CG) + (DC : CE).

Positis BC, CG, quae sunt circa aequales
ε. sch. 15. 1. angulos C, in directum, erit & [ε] DCE vna recta. Compleatur Pgr. DHGC, & sumta aliqua recta
ζ. 12. 6. K, fiat [ζ] BC : CG = K : L, & DC : CE = L : M.
η. 5. def. 6. Erit ergo K : M = [η] (K : L) + (L : M) = (BC : CG) + (DC : CE). Iam quum sit K : L
θ. 1. 6. = BC : CG = [θ] AC : CH, & L : M = DC : CE = [θ] CH : CF : erit ex aequo K : M = AC : CF.
ι. 11. 5. Quare [ι] AC : CF = (BC : CG) + (DC : CE). Q. E. D.

* *Scholia.*

1. Hinc & ex 34. 1. patet primo, *triangula* BDC CEG, *quae vnum angulum* (ad C) *aequalem habent, esse in ratione composita laterum* (BC : CG) + (DC : CE) *aequalem angulum continentium.*

2. Patet *rectangula* AD $\times$ DO, GC $\times$ CP, ac
κ. 35. 1. proinde [κ] *Pgra quaecunque* AC, CF, *&* *triangula* [λ]
λ. 34. 1. BCD, CEG, *rationem inter se habere compositam ex rationibus basium & altitudinum*, sc. (AD : CG) + (DO : CP).

3. Patet, *quomodo triangulorum ac parallelogrammorum ratio exhiberi possit.* Sunto Pgra. AC, CF, quorum bases AD, CG, altitudines vero DO, CP. Fiat CP : DO = AD : Q : erit AC : CF = (AD $\times$
μ. 16. 6. DO : GC $\times$ CP = [μ] Q $\times$ CP : GC $\times$ CP) = [θ] Q : GC.

4. Patet

4. Patet via *dimetiendi propositum parallelogrammum* CF, *vel triangulum.* Sumatur pro vnitate quoduis quadratum, cuius latus sit K; quaeratur ratio basis CG, & ratio altitudinis CP ad latus K, e. gr. sit CG = 2 K, & CP = 3 K; multiplicentur hi numeri per se inuicem: dico fore CF = 6 Kq. Nam CF: Kq = (CG: K) + (CP: K) = (2:1) + (3:1) =[υ] 6:1. Ergo CF = 6 Kq. υ. 5. def. 6.
Hinc Δ CEG erit 3 Kq.

PROP. XXIV. THEOR.



Omnis parallelogrammi ABCD *quae circa diametrum* AC *sunt parallelogramma* EG, HF *sunt similia toti & inter se.*

Nam, quia EH ad CB parallela, est[ξ] BE: EA = CK: KA. Et quia GF, CD parallelae sunt, est[ξ] CK: KA = DG: GA. Ergo[o] BE: ξ. 2. 6.
EA = DG: GA, & componendo[π] BA: AE o. 11. 5.
= DA: AG, & alterne[ρ] BA: AD = EA: AG, π. 18. 5. ρ. 16. 5.
id est latera circum angulum communem BAD proportionalia sunt. Porro quia triangula GAK, KAE triangulis CAD, CAB aequiangula[σ] sunt: erit & totum Pgr. EG toti ABCD σ. 29. 1.
aequiangulum, &[τ] circum aequales angulos τ. 4. 6.
D, G, erit AD: DC = AG: GK; circum aequales autem B, E, AB: BC = AE: EK; denique ob eandem rationem DC: CA = GK: KA, & CA: CB = KA: EK, ideoque ex aequo DC: CB = KG: EK circum aequales angulos BCD, EKG. Ergo Pgra. ABCD, EG similia[υ] sunt. υ. 1. def. 6.
Idem eodem modo de Pgris. ABCD & FH ostenditur. Ergo etiam ipsa GE, HF similia[φ] sunt. φ. 21. 6.
Q. E. D.

 * *Coroll.*

* *Coroll.* Hinc pgra, quae vnum angulum vni angulo aequalem & circum eos proportionalia latera habent, similia sunt.

PROP. XXV. PROBL.

Dato rectili eo ABC *simile & alteri dato* D *aequale idem constituere.*



κ. 44. vel 45. 1. Applicetur [κ] ad rectam BC rectilineo ABC aequale Pgr. BE, ad rectam vero CE dato D aequale Pgr. CM, in angulo FCE = CBL. Su-
ψ. 13. 6. matur inter BC, CF media [ψ] proportionalis GH,
ω. 18. 6. a qua describatur [ω] rectilineum KHG ipsi ABC simile & similiter positum. Dico etiam esse KHG = D.

α. constr. Nam quia ang. FCE + ECB = [α] BCE +
β. 29. 1. ECB = [β] 2. rectis: erunt BC, CF in [γ] directum,
γ. 14. 1. itemque LE, EM. Quare [δ] BC: CF = BE:
δ. 1. 6. CM = [α] ACB: D. Iam quum sit [ε] ÷ BC,
ε. 2. cor. 20. 6. GH, CF: est BC: CF = [ε] ABC: KHG. Ergo
ζ. 11. 5. ABC: KGH = [ζ] ABC: D, & hinc [η] KGH
η. 9. 5. = D. Q. E. F.

PROP. XXVI. THEOR.



Si a parallelogrammo AB CD *parallelogrammum* AE FG *auferatur simile toti, & similiter positum, communem cum ipso angulum* DAB *habens:*

bens : circa eandem diametrum AC *est cum toto.*

Si negas: sit AHC diameter Pgri ABCD secans GF extra F, vt in H, & ducatur ipsi AD vel BC parallela HK. Erit[ϑ] ergo Pgr. GK simile toti ABCD, & hinc DA : AB = [ι] GA : AK. ϑ. 24. 6. ι. 1. def. 6.
Sed quia ponitur Pgr. GE ∾ ABCD: est quoque DA : AB = GA : AE. Ergo GA : AK =[κ] GA : AE, hinc AK =[λ] AE. Q. F. N. κ. 11. 5. λ. 9. 5.

PROP. XXVII. THEOR.



Omnium parallelogrammorum AF *secundum eandem rectam lineam* AB *applicatorum, & deficientium figuris parallelogrammis* KH, *similibus & similiter positis ei* CE, *quae a dimidia* CB *describitur, maximum est* AD, *quod ad dimidiam* AC *est applicatum, simile existens defectui* KH.

Ducatur ipsius KH diameter FB, & ipsius CE diameter DB, & describatur figura. Et quia KH ∾ CE, diametri illorum[μ] FB, BD coincident. Iam μ. 26. 6.

Cas. 1. Sit AK > AC. Quoniam[ν] CF = FE: erit, addito KH communi, CH = KE. Ergo CG =[ξ] CH = KE, &, addito CF communi, AF = gnom. LMN. Atqui AD =[ξ] CE > gnomone LMN. Ergo AD > AF. Q. E. D. ν. 43. 1. ξ. 36. 1.

Cas.



v. 43. 1. *Cas.* 2. Sit AK $<$ AC. Quia CB $=$ AC:
ξ. 36. 1. erit ED $=$[o] DL, & hinc DH $=$[ξ] DG $>$ FL.
o. 34. 1. Ergo DK $=$['] DH $>$ FL: & communi LK addito, AD $>$ AF. Q. E. D.

PROP. XXVIII. PROBL.



Ad datam rectam lineam AB *dato rectilineo* C *aequale parallelogrammum applicare, deficiens figura parallelogramma, quae similis sit alteri datae* D: *oportet autem datum rectilineum* C, *cui aequale applicandum est, non maius esse eo, quod ad dimidiam* AB *applicatur, similibus existentibus defectu eius, quod ad dimidiam* AB *applicatur, & parallelogrammo* D, *cui oportet simile deficere.*

π. 10. 1. Biseca[π] AB in E, & ab ipsa EB fac[ρ] Pgr. EF
ρ. 18. 6. ipsi D simile & similiter positum, & comple Pgr. AG. Iam si AG $=$ C: factum est quod proponebatur.

Si vero non sit AG = C; quum[σ] non possit esse AG < C: erit AG > C. Igitur fac[τ] Pgr. KLMN = AG — C & simile similiterque positum ipsi D vel[υ] FE, ita vt ML, FG sint homologa latera, item LK & GE. Deinde pone GO = LK, & GP = LM, comple Pgr. GOQP, produc PQ in S, & OQ in T & R. Dico esse pgr. TS = C, & deficere pgro. SR ∾ D.

σ. hyp.
τ. sch. 45. 1. & 25. 6.
υ. 21. 6.

Nam quia pgr. EF ∾ KM, & FG homologum ipsi ML, GE vero ipsi LK: erit[φ] ang. FGE = MLK. Est autem praeterea PG = ML, & GO = LK: ergo pgr. OP =[χ] & ∾ KM, & ∾[υ] EF. Quia praeterea OP = KM < AG vel[ψ] EF: erit[ω] OP circa eandem diametrum GQB cum toto EF. Quare FQ =[α] EQ, & communi SR addito, FS = ER =[ψ] TE, & communi OS addito, gnomon VXY = TS. Est autem gnom. VXY + OP = EF = AG = KM + C; & OP = KM: ergo gnom. VXY = C. Quare TS = C. Deficit autem TS pgro. SR ∾[β] EF ∾[γ] D. Q. E. D.

φ. 1. def. 6.
χ. 4. & 34. 1. & cor. 24. 6.
ψ. 36. 1.
ω. 26. 6.
α. 43. 1.
β. 24. 6.
γ. constr.

PROP. XXIX. PROBL.



Ad datam rectam lineam AB *dato rectilineo* C *aequale parallelogrammum applicare, excedens figura*

figura parallelogramma, quae similis sit alteri datae D.



δ. 10. 1. Biseca AB [δ] in E, & ab EB describe [ε] ipsi D
ε. 18. 6. simile & similiter positum pgr. EBLF. Fac
ζ. 25. 6. GH ipsi EL simile & similiter positum [ζ] & ipsis EL + C aequale, ita quidem vt KH homologa sit ipsi FL, & KG ipsi FE. Postea in productis FL, FE, cape FM = KH & FN = KG, comple pgr. FMON, & produc AB in P, & LB in Q. Dico AO = C, & excedere pgro. QP simili ipsi D.

η. constr. Nam quia [η] EL $\sim$ GH, & FL, KH homologa sunt latera, ac FE, KG etiam homologa:
θ. 1. def. 6. ang. EFL = [θ] K. Sed FM = [η] KH, & FN
ι. 8. ax. & cor. 24. 6. = KG: ergo NM = & $\sim$ [ι] GH. Quare
κ. 21. 6. & EL $\sim$ [κ] NM. Et est EL $<$ NM, quia NM,
λ. 26. 1. = GH = [η] EL + C. Quare [λ] EL cum toto NM circa eandem diametrum FBO consistit. Ergo NM = EL + gnom. VXY. Erat vero & NM = EL + C: erit igitur C = gnom.
μ. 36. 1. VXY. Porro quia [μ] AN = EQ = [ν] LP:
ν. 43. 1. addito communi NP, erit AO = gnom. VXY. Vnde patet esse AO = C. Excedit autem
ξ. 24. 6. AO parallelogrammo QP $\sim$ [ξ] EL $\sim$ [η] D. Q. E. F.

PROP.

PROP. XXX. PROBL.

Datam rectam lineam terminatam AB *secundum extremam & mediam rationem secare.*



Describe [o] ex AB quadratum BC, & [π] applica ad AC ipsi BC aequale pgr. CH, excedens figura AH ipsi BC simili. Dico AB ita sectam esse in G, vt AG > GB, & AB : AG = AG : GB. — o. 46. 1. π. 29. 6.

Nam quia BC = CH: erit DG = AH: quare quum ang. KGB = [ρ] AGH, erit KG : GH = [σ] AG : GB. Quum autem AH, quadrato BC simile, ipsum sit quadratum: erit GH = AG. Et GK = [τ] CA = AB. Est ergo AB : AG = AG : GB, & quum sit AB > AG, est AG > [υ] GB. Q. E. F. — ρ. 15. 1. σ. 14. 6. τ. 34. 1. υ. 14. 5.

Aliter.

Secetur [φ] AB in G ita vt AB $\times$ BG = AGq. — φ. 11. 2.

Nam quum ergo [χ] sit AB : AG = AG : GB, & AG > GB: erit sic quoque AB secundum extremam & mediam rationem secta [ψ]. Q. E. F. — χ. 17. 6. ψ. 3. def. 6.

PROP.

PROP. XXXI. THEOR.



In rectangulis triangulis BAC *figura* E, *quae fit a latere* BC, *rectum angulum* A *subtendente, aequalis est eis* F + G, *quae a lateribus rectum angulum comprehendentibus fiunt, similibus & similiter descriptis.*

α. cor. 8. 6. Duc perpendicularem AD: & erit $^{\alpha}$ $\div\div$ BC,
β. 2. cor. 20. 6. BA, BD, item $\div\div$ BC, CA, DC. Hinc $^{\beta}$ BC: BD = E: G, & BC: DC = E: F, vel inuerse DC: BC = F: E, & BD: BC = G: E. Er-
γ. 24. 5. go $^{\gamma}$ BD + DC: BC = F + G: E. Sed BD
δ. sch. 14. 5. + DC = BC: ergo $^{\delta}$ F + G = E. Q. E. D.

Aliter.

ε. 1. cor. 20. 6. F: E =$^{\epsilon}$ (CA: BC)^2 =$^{\epsilon}$ CAq: BCq, & G: E = (AB: BC)^2 = ABq: BCq. Ergo $^{\gamma}$ F + G: E = CAq + ABq: BCq. Sed CAq
ζ. 47. 1. + ABq =$^{\zeta}$ BCq. Ergo F + G =$^{\delta}$ E.

PROP. XXXI. THEOR.



Si duo triangula ABC, DCE, *quae duo latera duobus lateribus proportionalia habent* (BA: AC = CD: DE), *componantur secundum vnum angulum ita, vt homologa latera ipsorum* BA & CD, item AC & DE, *sint parallela: reliqua trian-*

triangulorum latera BC, CE *in directum sibi inuicem erunt.*

Quia enim [z] ang. BAC $=$ ACD $=$ CDE, & BA : AC $=$ CD : DE : erit ang. B $=$ [9] DCE, & hinc ang. ACE $=$ B $+$ BAC, ideoque ang. ACE $+$ ACB $=$ B $+$ BAC $+$ ACB $=$ ['] 2 rectis. Ergo [*] BC, CE in directum erunt. Q. E. D.

z. 29. 1.
9. 6. 6.
'. 32. 1.
*. 14. 1.

PROP. XXXIII. THEOR.

In circulis aequalibus ABC, DEF *anguli eandem habent rationem, quam circumferentiae* BC, EF, *quibus insistunt, siue ad centra* G, H, vt BGC, EHF, *siue ad circumferentias*, vt BAC, EDF, *insistant; adhuc etiam & sectores* GBC, HEF, *quippe qui ad centra sunt constituti.*



1. Sint circumferentiae BC deinceps quotcunque aequales CK, KL, & ipsi EF rursus totidem aequales FM, MN. Iungantur GK, GL, HM, HN. Erit ergo ang. BGC $=$ [λ] CGK $=$ KGL. Hinc circumferentia BKL & ang. BGL aeque multiplices erunt circumferentiae BC

λ. 27. 3.

L BC



BC & anguli BGC. Eadem ratione circumf. EMN & ang. EHN aeque erunt multiplices circumferentiae EF & anguli EHF. Et si circ. BKL >, =, < circ. EMN: erit quoque ang. BGL >, =, < ang. EHN. Ergo circ. BC:

μ. 5. def. 5. circ. EF = [μ] ang. BGC: ang. EHF = [ν] ang.

ν. 15. 5. & 20. 3. BAC: ang. EDF. Q. E. D.

2. Iungantur BC, CK, & sumtis in circumferentiis BC, CK, punctis O, P, iungantur & BO, OC, CP, PK. Et quia ang. BGC = CGK,

ξ. 4. 1. & BG = CG, & CG = GK: est △ BGC = [ξ] △. CGK, & basis BC = CK. Et quum sit circ. BC = circ. CK: erit & reliqua BAKC = re-

λ. 27. 3. liquae CALK, & ergo ang. BOC = [λ] CPK, &

ι. 11. def. 3. segmentum BCO ∾ [ι] segm. CKP. Quare quum haec segmenta sint super aequales rectas

π. 24. 3. BC, CK: aequalia [π] erunt. Erant vero & △a. BGC, CGK aequalia: ergo totus sector GBC = GCK. Similiter ostenditur sector GKL = GCK = GBC, & sector HMN = HFM = EHF. Quam multiplex ergo circ. BKL circumferentiae BC, tam multiplex est sector GBL

sectoris

sectoris GBC; & quam multiplex circ. EMN circ. EF, tam multiplex sector HEN sectoris HEF; & ex modo ostensis, si circumf. BCL $>$, $=$, $<$ circ. EMN, est quoque sector GBL $>$, $=$, $<$ sectore HEN. Ergo circumf. DC: circ. EF $=$ [n] sector GBC: sect. HEF. Q.E.D.

Corollar.

Perspicuum etiam est [e], *vt sector ad sectorem, ita esse angulum ad angulum.* e. 11. 5.

** Schol.*

1. Hinc *ang.* BGC *ad centrum est ad 4 rectos, vt arcus* BC *ad totam peripheriam.* Nam ang. BGC ad rectum, vt arcus BC ad quadrantem. Ergo BGC ad 4. rectos vt arcus BC ad 4 quadrantes seu totam circumferentiam. (sch. 4. 5.)

Item ang. ad peripheriam A est ad 2 rectos, vt arcus BC ad totam peripheriam.



2. *Inaequalium circulorum arcus* IL, BC, *qui aequales subtendunt angulos, siue ad centra, vt* IAL & BAC, *siue ad peripherias, sunt similes:* Et vice versa, *arcus similes aequales angulos subtendunt.*

Nam IL: periph. $=$ ang. IAL (vel BAC): 4 Rect; item arc. BC: periph. $=$ ang. BAC: 4 Rect: ergo IL: periph. $=$ BC: periph. Proinde arcus IL & BC sunt similes. Vnde

3. *Duae semidiametri* AB, AC *a concentricis peperipheriis arcus auferunt similes* IL, BC.

 3. Hisce

4. Hisce innititur vulgaris ratio angulos metiendi per arcus, qui illos subtendunt. Si enim, datis toti circumferentiae omnis circuli aliquot partibus scilicet 360, qui *gradus* vocantur, disquiritur ope instrumenti goniometrici, quot gradus sint in arcu BG, quot sint in arcu EF: patet per prop. 33. rationem angulorum BGC, EHF, quos hi arcus subtendunt, in numeris exhiberi posse. Et si vnus angulus IAL consideratur, & numerus graduum in arcu ad eum pertinente IL vel BC inuentus est: constat ratio anguli IAL ad 4 Rectos, per schol. *1*. Sit e. gr. numerus graduum in Arcu IL = *100*: erit IAL : 4 Rect. = 100 : 360.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER VII.

* * * * * * * * * * * * * *

DEFINITIONES.

1. *Vnitas* est, secundum quam vnumquodque eorum, quae sunt, vnum dicitur.

2. *Numerus* autem, ex vnitatibus constans multitudo.

3. *Pars* est *numerus numeri*, minor maioris, quum minor metitur maiorem.

* Omnis pars ab eo numero nomen sibi sumit, per quem ipsa numerum, cuius est pars, metitur: vt 4 dicitur pars tertia numeri 12, quia eum metitur per 3. Hinc 3 dicitur eadem pars numeri 6 quae 5 numeri 10, quia 3 & 5 ipsos 6 & 10 per eundem numerum 2 metiuntur, vel in ipsis aeque multoties continentur.

4. *Partes* autem, quando non metitur.

* Partes quaecunque nomen accipiunt a duobus illis numeris, per quos maxima communis duorum numerorum mensura vtrumque eorum metitur; vt 10 dicitur $\frac{2}{3}$ numeri 15, eo quod maxima communis mensura, nempe 5 metitur 10 per 2, & 15 per 3. Eaedem partes est numerus 4 numeri 6, quae numerus 10 ipsius 15, si numeri 4, 10 aequali multitudine continent duo numeros 2, 5, qui ipsorum 6, 15 eadem pars sunt.

5. *Multiplex* est maior minoris, quando minor maiorem metitur.

6. *Par numerus* est, qui bifariam diuiditur (vt 8).

7. *Impar* vero, qui bifariam non diuiditur, vel qui a pari numero vnitate differt (vti 9).

8. *Pariter par* numerus est, quem par numerus per parem numerum metitur (vti 16).

9. *Pariter* vero *impar* est, quem par numerus per numerum imparem metitur (vt 6).

10. *Impariter* vero *impar* numerus est, quem impar numerus per numerum imparem metitur (vt 15).

11. *Primus numerus* est, quem vnitas sola metitur (vt 3).

12. *Primi inter se numeri* sunt, quos sola vnitas, communis mensura, metitur (vt 5, 7).

13. *Compositus numerus* est, quem numerus aliquis metitur (9).

14. *Compositi inter se numeri* sunt, quos numerus aliquis, communis mensura, metitur (6, 8).

15. *Numerus numerum multiplicare* dicitur, quando, quot vnitates sunt in ipso, toties componitur multiplicatus, & aliquis gignitur.

* Numerum A per numerum B multiplicandum esse, sic indicamus, vt literas A; B coniungamus. Hinc AB notat numerum productum ex A per B multiplicato. In numeris productus scribitur sic 2×3.

16. Quando duo numeri sese multiplicantes aliquem fecerint, qui factus est *planus* appellatur; *Latera* vero *ipsius*, numeri sese multiplicantes. (10 est planus, latera eius sunt 2 & 5).

17. Quan-

17. Quando autem tres numeri sese multiplicantes aliquem fecerint: factus *solidus* appellatur; *latera* vero *ipsius*, numeri sese multiplicantes. (30 est solidus, latera ipsius sunt 2, 3, 5).

18. *Quadratus numerus* est, qui aequaliter aequalis; vel qui sub duobus aequalibus numeris continetur.

* Sit A latus: quadratus numerus, id est AA, sic scribitur A^2. Item 9, id est 3×3, sic 3^2.

19. *Cubus* vero, qui aequaliter aequalis aequaliter; vel qui sub tribus aequalibus numeris continetur.

* Sit A latus: cubus numerus scribitur sic A^3, id est AAA. Item $3 \times 3 \times 3$, id est 27, est cubus, qui sic designatur 3^3.

20. *Numeri proportionales* sunt, quando primus secundi, & tertius quarti aeque multiplex est, vel eadem pars, vel eaedem partes. (* e. gr. $12 : 3 = 8 : 2$; $2 : 6 = 5 : 15$; $10 : 15 = 12 : 18$; $8 : 6 = 16 : 12$).

21. *Similes plani & solidi numeri* sunt, qui latera habent proportionalia.

* E. gr. $6 \sim 24$; quia $2 : 3 = 4 : 6$. Item solidus $30 \sim$ solido 240; quia $2 : 3 = 4 : 6$ & $3 : 5 = 6 : 10$.

22. *Perfectus numerus* est, qui suis ipsius partibus est aequalis.

* Sic $6 = 1 + 2 + 3$ est perfectus. Numerus vero, qui suis ipsius partibus minor est *abundans* apellatur, vt 12. Qui vero maior, *diminutus*, vt 15.

* 23. *Numerus numerum metiri* dicitur *per* illum *numerum*, a quo multiplicatus, illum producit.

In diuisione vnitas est ad quotientem, vt diuidens ad diuisum. Nota, numerum alteri lineola interiecta subscriptum diuisionem denotare. Sic $\frac{A}{B}$ *est* A *diuisus per* B, *item* $\frac{CA}{B}$ *est* C *in* A *diuisus per* B.

** Postulata.*

1. Postuletur, cuilibet numero quotlibet sumi posse aequales, vel multiplices.

2. Quolibet numero sumi posse maiorem.

3. Additio, subtractio, multiplicatio, diuisio, extractionesque radicum seu laterum ex numeris quadratis seu cubis concedantur etiam, tanquam possibilia.

** Axiomata.*

1. Quicquid conuenit vni aequalium numerorum, conuenit & reliquis aequalibus numeris.

2. In omni additione, subtractione, multiplicatione, vel diuisione toti numero singulae suae partes simul sumtae substitui possunt.

3. Qui numeri aequalium numerorum, vel eiusdem, eaedem partes fuerint, aequales inter se sunt.

4. Quorum idem numerus, vel aequales, eaedem partes fuerint, aequales inter se sunt.

5. Maioris pars parte eadem minoris maior est.

6. Vnitas omnem numerum per vnitates, quae in ipso sunt, hoc est per ipsummet numerum, metitur.

7. Omnis numerus se ipsum metitur per vnitatem.

8. Si numerus, numerum multiplicans, aliquem produxerit: multiplicatus metietur eundem per vnitates in multiplicante, vel per ipsum multiplicantem (def. 15. & 23).

Hinc nullus numerus primus planus est, vel solidus, vel quadratus, vel cubus.

9. Si

9. Si numerus, numerum metiens, ab eo, per quem metitur, multiplicetur: illum, quem metitur, producit.

10. Numerus, quotcunque numeros metiens, compositum quoque ex ipsis metitur.

11. Numerus, quemcunque numerum metiens, metitur quoque omnem numerum, quem ille metitur.

12. Numerus metiens totum, & ablatum, metitur & reliquum.

13. Numerus numerum metiens eodem maior esse non potest.

14. Numerus, pariter metiens totum, dimidium quoque metitur.

15. Quae rationes eidem eaedem sunt, & inter se sunt eaedem (def. 20).

16. Si quatuor numeri proportionales sunt, inuerse quoque sunt proportionales.

PROP. I. THEOR.

B.....F..H.A
D...G..C
E---

Si duobus numeris inaequalibus AB, CD *expositis, detracto semper minore de maiore* (CD de BA, & reliquo FA de DC), *reliquus* GC *minime metiatur praecedentem, quoad assumta fuerit unitas* HA: *numeri a principio positi* AB, CD *primi inter se erunt.*

Si negas: metietur [α] eos aliquis numerus, qui sit E. Quia CD metitur [β] BF: & E ipsum BF [γ] metietur, ergo & [δ] reliquum FA. Sed FA metitur [β] DG: ergo & [γ] E metitur DG, ideoque etiam reliquum [δ] GC. Sed GC metitur [β] FH:

α. 12. def. 7.
β. hyp.
γ. 11. ax. 7.
δ. 12. ax. 7.

[β] FH: quare E quoque [γ] metitur FH. Metiebatur autem E totum FA: ergo metitur & reliquam [δ] HA vnitatem. Ergo E maior non est [ε] vnitate. Q. E. A [ζ].

ε. 13. ax. 7.
ζ. 2. def. 7.

PROP. II. PROBL.

Duobus numeris datis AB, CD, *non primis inter se, maximam eorum communem mensuram inuenire.*

A......B
C...D

Cas. 1. Si CD metitur AB: quum etiam se ipse metiatur; erit CD ipsorum CD, AB communis mensura, & maxima quidem, quia nullus maior ipso CD eum metitur.

A....E......B
C..F....D
G---

Cas. 2. Si CD non metitur AB: detrahe semper minorem de maiore, CD de AB, quoties fieri potest, & reliquum AE de CD similiter, & sic porro, quoad relinquatur aliquis numerus CF metiens praecedentem AE. Dico fore CF numerum, qui maxima est communis mensura ipsorum AB, CD.

Nam primo, semper relinqui aliquem CF, qui metiatur praecedentem, & qui non sit vnitas, patet ex eo, quod, si secus esset, [η] numeri AB, CD primi inter se essent; contra hypothesin. Deinde quia CF metitur AE, AE vero FD: metietur & [θ] CF ipsum FD. CF autem se ipsum quoque [ι] metitur: ergo CF metitur [κ] CD. At CD ipsum BE metitur; ergo [θ] CF eundem BE, ideoque [κ] & AB meti-

η. 1. 7.
θ. 11. ax. 7.
ι. 7. ax. 7.
κ. 10. ax. 7.

metitur. Quare CF est communis mensura. Si maximam esse negas; sit maior quaedam G. Ergo G metiens CD, metitur ϑ BE, & λ reliquum AE, ipsumque ϑ DF; proinde & reliquum λ CF, maior minorem. Q. E. A μ. Quare numerus CF est maxima communis mensura datorum. Q. E. F.

λ. 12. ax. 7.
μ. 13. ax. 7.

Coroll.

Hinc *numerus, duos numeros metiens, & maximam eorum communem mensuram metitur.*

PROP. III. PROBL.

Tribus datis numeris A, B, C, *non primis inter se, maximam ipsorum communem mensuram inuenire.*

A	8
B	6
C	4
D	2

1. Sume duorum A, B maximam communem mensuram D: & si D metitur C, erit communis trium mensura, & maxima quidem. Si qua enim esset maior: metiretur eadem ν numerum D. Q. E. A ξ.

ν. cor. 2. 7.
ξ. 13. ax. 7.

A	18.
B	12.
C	4.
D	6.
E	2.

2. Si vero D non metitur C: sume ipsorum C, D maximam ο communem mensuram E; quod fieri potest, quia C, D primi inter se esse nequeunt, vtpote quos idem numerus π metietur, qui ipsos A, B, C metiri ponitur. Dico E esse maximam communem mensuram trium A, B, C.

ο. 2. 7.
π. cor. 2. 7.

Nam E metiens D, metitur quoque ρ A, & B; & quia σ metitur C, metitur singulos A, B, C. At nullus maior quam E eosdem metitur. Si quis

ρ. 11. ax. 7.
σ. constr.

quis enim maior eos metiretur: idem meti-
ω. cor. 2. 7. retur [ω] etiam D & C, ideoque [π] etiam E. Q.
π. 13. ax. 7. E. A.

Corollar.

Hinc, *si numerus numeros tres metiatur: & ipsorum maximam communem mensuram metitur.*

Schol.

Eodem modo & pluribus numeris datis, maximam communem mensuram inueniemus.

PROP. IV. THEOR.

Omnis numerus BC *omnis numeri* A, *minor maioris, vel pars est vel partes.*

A.....
B...C

Cas. 1. Si A, BC primi sunt inter se. Quia vnaquaeque vnitatum, quas continet BC, est [υ] pars numeri A: BC ipsius A partes esse patet. Q. E. D.

υ. 3. def. & 6. ax. 7.

A........
B..E..F..C
D..

Cas. 2. Si A & BC non sunt primi inter se: aut BC metitur A, & tunc [φ] pars ipsius est; aut non metitur. Quo in casu sume eorum maximam [χ] communem mensuram D, & diuide BC in numeros BE = EF = FC = D. Et quia D est [φ] pars ipsius A: erit [ψ] quoque tam BE, quam EF, quam FC pars ipsius A, & ergo totus BC partes ipsius A erit. Q.E.D.

φ. 3. def. 7.
χ. 2. 7.
ψ. 1. ax. 7.

PROP. V. THEOR.

A...
B...G...C
D....
E....H....F

Si numerus A *numeri* BC *pars fuerit; & alter* D *alterius* EF *eadem pars: & vterque* A + D *vtriusque* BC + EF *eadem pars erit, quae vnus* A *vnius* BC.

Nam

Nam diuisus [α] sit BC in numeros BG, GC ipsi A, EF vero in numeros EH, HF ipsi D aequales: & erit multitudo [α] numerorum BG, GC aequalis multitudini numerorum EH, HF; & ergo aequalis multitudini numerorum BG + EH, GC + HF. Sed BG + EH = [β] A + D = GC + HF; & BG + EH + GC + HF = BC + EF: ergo BC + EF constat ex tot numeris, ipsis BG + EH, vel A + D aequalibus, ex quot ipsi BG, vel A aequalibus constat BC. Hinc ipsos BC + EF & BC numeri A + D & A per eundem numerum [γ] metiuntur. Ergo [δ] A + D numeri BC + EF eadem pars est, quae A ipsius BC. Q. E. D.

α. 3. post. 7.
α. 3. def. 7. & hyp.
β. 2. ax. 1.
γ. 15. & 23. def. 7.
δ. 3. def. 7.

PROP. VI. THEOR.

A...G...B
C.........
D....H....E
F............

Si numerus AB *numeri* C *partes fuerit; & alter* DE *alterius* F *eaedem partes: & vterque* AB + DE *vtriusque* C + F *eaedem partes erit, quae vnus* AB *vnius* C.

Diuide AB in ipsius C partes AG, GB; DE vero in ipsius F partes DH, HE. Quia AB tot continet partes ipsius C, [ε] quot DE continet partes ipsius F: est multitudo partium AG, GB = multitudini ipsarum DH, HE. Et quum [ε] eadem pars sit AG ipsius C, quae DH ipsius F: [ζ] vterque AG + DH vtriusque C + F eadem pars est, quae AG ipsius C. Simili ratione GB + HE ipsius C + F eadem pars est, quae GB ipsius C. Quare quum AG + DH

ε. hyp.
ζ. 5. 7.

A...G...B
C.........
D....H....E
F...........

DH + GB + HE = AB + DE, & AG + DH = GB + HE, & multitudo ipsorum AG + DH, GB + HE aequalis multitudini ipsorum AG, GB: patet, AB + DE vtriusque C + F easdem esse partes, quas AB ipsius C. Q. E. D.

PROP. VII. THEOR.

A...E..B
G....C......F....D

Si numerus AB *numeri* CD *fuerit pars, quae ablatus* AE *ablati* CF: *& reliquus* EB *reliqui* FD *eadem pars erit, quae totus* AB *totius* CD.

Quae enim pars est AE ipsius CF, eadem sit EB ipsius CG: ergo & [η] AB ipsius FG eadem pars erit. Sed AB ipsius CD eadem pars [θ] erat, quae AE ipsius CF: ergo AB ipsius FG eadem pars est, quae ipsius CD. Quum ergo [ι] FG = CD, & hinc [κ] CG = FD: patet [λ] esse EB ipsius FD eandem partem, quae AE ipsius CF, vel quae est AB ipsius CD. Q. E. D.

η. 5. 7.
θ. hyp.
ι. 4. ax. 7.
κ. 3. ax. 1.
λ. 1. ax. 7. & constr.

PROP. VIII. THEOR.

A......L......E....B
C....................F......D
G......M..K......N..H

Si numerus AB *numeri* CD *fuerit partes, quae ablatus* AE *ablati* CF: *& reliquus* EB *reliqui* FD *eaedem partes erit, quae totus* AB *totius* CD.

Ponatur enim numero AB aequalis GH: ergo GH numeri CD eaedem partes est [μ], quae AE ipsius CF. Diuidatur [ν] GH in partes GK, KH

μ. 1. ax. 7.
ν. 3. post. 7.

KH numeri CD, AE vero in partes AL, LE numeri CF: aequalis ergo erit multitudo partium GK, KH multitudini partium AL, LE. Et quia [ξ] AL ipsius CF eadem pars est, quae GK ipsius CD; & CD > CF: erit [o] GK > AL. Sume GM = AL. Quae ergo [π] pars est GK ipsius CD, eadem est GM ipsius CF, & eadem ergo [π] MK ipsius FD. Sume KN = LE: & eodem modo patet, quae pars est KH numeri CD, eandem esse NH ipsius FD. Quare quae partes est GK + KH, id est AB, ipsius CD, eaedem partes est MK + NH, id est [ρ] EB, ipsius FD. Q. E. D.

ξ. constr. & hyp.
o. 5. ax. 7.
π. 7. 7.
ρ. 3. ax. 1.

PROP. IX. THEOR.

A....
B....G....C
D.....
E.....H.....F

Si numerus A *numeri* BC *pars fuerit, & alter* D *alterius* EF *eadem pars: & permutando, quae pars est vel partes primus* A *tertii* D, *eadem erit pars vel eaedem partes & secundus* BC, *quarti* EF.

Sit A < D, & sit BG = GC = A, & EH = HF = D: multitudo ergo partium BG, GC aequalis erit multitudini partium EH, HF. Et quia BG = GC, & EH = HF: quae pars est BG ipsius EH vel partes, eadem [σ] pars erit & GC ipsius HF vel eaedem partes. Ergo [τ] quae pars vel partes est BG, id est A ipsius EH, id est D, eadem pars vel eaedem partes erit BG + GC, id est BC, ipsius EH + HF, id est EF. Q. E. D.

σ. 1. ax. 7.
τ. 5. & 6. 7.

* Schol.

* *Schol.*

Si ergo duo numeri duos numeros aequaliter metiuntur: illi cum his eandem rationem habent.

PROP. X. THEOR.

A..G..B
C......
D.....H.....E
F................

Si numerus AB *numeri* C *partes fuerit, & alter* DE *alterius* F *eaedem partes: & permutando, quae partes est primus* AB *tertii* DE, *vel pars, eaedem partes erit & secundus* C *quarti* F, *vel eadem pars.*

Diuide AB in partes numeri C, quae sint AG, GB, & DE in partes ipsius F, quae sint DH, HE: erit multitudo partium AG, GB = ʋ multitudini partium DH, HE. Et quia φ AG ipsius C eadem pars est, quae DH ipsius F: erit χ AG ipsius DH eadem pars vel eaedem partes, quae C ipsius F. Similiter GB ipsius HE erit eadem pars vel eaedem partes, quae C ipsius F. Quare ψ erit AG + GB, id est AB, ipsius DH + HE, id est DE, eadem pars vel partes eaedem, quae AG ipsius DH, hoc est ω, quae C ipsius F. Q. E. D.

ʋ. hyp.
φ. constr. & hyp.
χ. 9. 7.
ψ. 5. vel 6. 7.
ω. dem.

PROP. XI. THEOR.

A....E..B
C......F...D

Si fuerit vt totus AB *ad totum* CD, *ita ablatus* AE *ad ablatum* CF: *& reliquus* EB *ad reliquum* FD *erit, vt totus* AB *ad totum* CD.

α. 20. def. 7.

Quia enim α quae pars vel partes est AB ipsius CD, eadem pars vel eaedem partes est

AE

AE ipsius CF: etiam EB ipsius FD eadem pars vel eaedem partes erit[β], quae AB ipsius CD. β. 7. vel 8. 7.
Ergo [α] EB : FD = AB : CD. Q. E. D.

* Si AB & AE ipsorum CD, CF aeque sunt multiplices: CD ipsius AB eadem pars est, quae CF ipsius AE. Quare demonstratio etiam ad hunc casum applicari potest, per ax. 16. 7; quod & in sequentibus notandum.

PROP. XII. THEOR.

A.. C....
B... D......

Si quotcunque numeri proportionales fuerint (A : B = C : D): *ut unus antecedentium* A *ad unum consequentium* B, *ita erunt omnes antecedentes* A + C *ad omnes consequentes* B + D.

Quia enim, [γ] quae pars est A ipsius B vel γ. 20. def. 7.
partes, eadem pars eaedemue partes est C ipsius D: quae pars vel partes est A ipsius B, eadem pars vel eaedem partes [δ] est A + C ipsius B + δ. 5. vel 6. 7.
D; ideoque [γ] est A : B = A + C : B + D. Q. E. D.

PROP. XIII. THEOR.

A..C......
B...D.........

Si quatuor numeri proportionales fuerint (A : B = C : D): *& permutando proportionales erunt* (A : C = B : D).

Quia enim, [ε] quae pars vel partes est A ip- ε. 20. def. 7.
sius B, talis talesue est C ipsius D: & permutando [ζ] quae pars vel partes est A ipsius C, ta- ζ. 9. 7. vel
lis vel tales est B ipsius D; & ergo [ε] A : C = 10. 7.
B : D. Q. E. D.

* *Schol.* Ergo si quatuor numeri proportionales sunt: etiam conuertendo vel diuidendo proportionales erunt; per hanc & 11. 7.

PROP. XIV. THEOR.

A........D....
B...... E...
C....   F..

Si fuerint quotcunque numeri A, B, C, *& alii ipsis multitudine aequales* D, E, F, *qui bini sumantur & in eadem ratione* (A : B = D : E, & B : C = E : F): *etiam ex aequo in eadem ratione erunt* (A : C = D : F).

u. 13. 7. Nam permutando[u] A : D = B : E = C : F, & iterum permutando A : C = D : F. Q. E. D.

PROP. XV. THEOR.

A.   * D..
B.G.H.C   E..K..L..F

Si vnitas A *numerum aliquem* BC *metiatur; alter autem numerus* D *aequaliter metiatur alium aliquem* EF: *& permutando, vnitas* A *tertium numerum* D *aequaliter metietur, atque secundus* BC *quartum* EF.

Diuide BC in suas vnitates BG, GH, HC, & EF in numeros ipsi D aequales, puta EK, KL, LF. Et quoniam BG = GH = HC, & EK =
s. hyp. KL = LF; vnitatum autem multitudo =[s]
multitudini numerorum EK, KL, LF: erit BG:
t. 12. 7. EK = GH : HL = HC : LF; &[t] BG : EK, id
x. 20. def. 7. est A : D, = BC : EF. Ergo[x] A numerum D aequaliter metitur atque BC ipsum EF. Q. E. D.

PROP.

PROP. XVI. THEOR.

E.
A.. B...
C......D......

Si duo numeri A, B *sese multiplicantes fecerint aliquos* C, D: *facti ex ipsis* C, D *inter se aequales erunt.*

Si enim A ipsum B multiplicans produxit
C: [λ] metitur B ipsum C per vnitates, quae sunt λ. 8. ax. 7.
in A. Metitur autem & E vnitas numerum
A per vnitates [μ] quae sunt in A. Ergo B ip- μ. 6. ax. 7.
sum C metitur aequaliter, ac E vnitas ipsum
A. Hinc [ν] E ipsum B aequaliter metitur ac ν. 15. 7.
A ipsum C. Similiter si B ipsum A multipli-
cans produxit D: E ipsum B metitur aequali-
ter, ac A ipsum D. Quare quum [ξ] A ipsius ξ. 3. def. 7.
C eadem pars sit quae ipsius D: patet [ο] esse C ο. 4. ax. 7.
$=$ D. Q. E. D.

* *Cor.* 1. Multiplicans metitur factum per multiplicatum.

* *Cor.* 2. Si numerus B numerum C metiatur: & ille A, per quem metitur, eundem C metietur per ipsum numerum metientem B.

PROP. XVII. THEOR.

A 2
B 3 C 4
D 6 E 8

Si numerus A *duos numeros* B, C *multiplicans fecerit aliquos* D, E: *facti ex ipsis eandem rationem habebunt, quam multiplicati* (D : E $=$ B : C).

Nam B metitur D [π] per vnitates in A. Me- π. 8. ax. 7.
titur autem & 1 numerum A per vnitates in A.
Ergo 1 ipsum A aequaliter metitur ac B ipsum
D, & hinc [ρ] 1 : A $=$ B : D. Eadem ratione 1 : ρ. 20. def. 7.
A $=$ C : E. Quare [σ] B : D $=$ C : E, & permu- σ. 13. 7.
tando [τ] B : C $=$ D : E. Q. E. D.

 * *Cor.*

* *Cor.* In multiplicatione est vt vnitas ad multiplicantem A, ita multiplicatus B ad factum D.

PROP. XVIII. THEOR.

A 3	B 4
C 5	
D 15	E 20

Si duo numeri A, B *numerum aliquem* C *multiplicantes, fecerint aliquos* D, E: *facti ex ipsis eandem rationem habebunt, quam multiplicantes* (D : E = A : B).

τ. 16. 7. Quia enim AC =[τ] CA = D, & BC = CB
υ. 17. 7. = E: erit D : E =[υ] A : B. Q. E. D.

PROP. XIX. THEOR.

A 6	
B 4	AD 12
C 3	BC 12
D 2	AC 18

Si quatuor numeri proportionales fuerint (A : B = C : D): *qui ex primo & quarto fit numerus, aequalis erit ei, qui fit ex secundo & tertio* (AD = BC). *Et si numerus* AD, *qui fit ex primo* A *& quarto* D, *aequalis fuerit ei* BC, *qui fit ex secundo* B *& tertio* C: *quatuor numeri proportionales erunt* (A : B = C : D).

1. Nam sit alius AC factus ex A & C: erit
φ. 18. 7. AC : AD =[φ] C : D = A : B. Rursus AC : BC
χ. 17. 7. =[χ] A : B. Ergo AC : AD =[ψ] AC : BC, &
ψ. 15 ax 7.
ω. 3. 4. ax. 7. hinc AD =[ω] BC. Q. E. D.

α. 1. ax. 7. 2. Quia C : D =[φ] AC : AD =[α] AC : BC; & AC : BC =[χ] A : B: erit A : B =[ψ] C : D. Q. E. D.

PROP.

PROP. XX. THEOR.

A 4
B 6 D 6
C 9

Si tres numeri proportionales fuerint ($\div$ A, B, C): *qui ab extremis fit numerus, aequalis erit ei, qui fit a medio* ($AC = B^2$). *Si autem qui ab extremis fit* AC, *aequalis fuerit ei* B^2, *qui a medio: tres numeri proportionales erunt* ($\div$ A, B, C).

1. Ponatur ipsi B = D. Quia ergo A : B = D : C: erit [β] $AC = BD =$ [γ] B^2. Q. E. D. β. 19. 7.

2. Quia $AC = B^2 =$ [γ] BD: erit [β] A : B = D : C = B : C. Q. E. D. γ. 18. def. 7.

PROP. XXI. THEOR.

A 10 C 5
B 6 D 3

Minimi numeri C, D *omnium eandem cum ipsis rationem habentium, eos, qui eandem rationem habent,* A, B *aequaliter metiuntur, maior* C *maiorem* A, *&* *minor* D *minorem* B.

1. Dico C ipsum A metiri, quia eius partes non est. Si enim fieri potest, sit C partes ipsius A. Quia est C : D = A : B: erit [δ] D ipsius B eaedem partes, quae C ipsius A. Quot igitur in C sunt partes ipsius A, tot & in D erunt partes ipsius B. Sint E, F partes ipsius A in C, & G, H partes ipsius B in D. Quia ergo E = F, & G = H: erit E : G = [ε] F : H. Et quia ipsorum E, F multitudo aequalis est ipsorum G, H multitudini: erit E : G = [ζ] C : D. Sed $E < C$, & $G < D$. Ergo C, D non sunt minimi eorum, qui eandem rationem habent; contra hypothesin. Non est ergo C

δ. 20. def. 7. & 9. 10. 7.
ε. 1. ax. 7.
ζ. 12. 7.

A 10 C 5
B 6 D 3

partes ipsius A, nec D ipsius B. Quare quum ϰ C ipsius A, & D ipsius B pars sit: metitur ϑ C ipsum A, & D ipsum B.

ϰ. 4. 7.
ϑ. 3. def. 7.

2. Quia autem C : D = A : B, & C : A =
ι. 20. def. 7. D : B, & C pars ipsius A : erit ι & D eadem pars ipsius B. Quare C & D ipsos A, B aequaliter ϑ metiuntur. Q. E. D.

* *Cor.* **Minimi numeri eandem rationem habentium eosdem metiuntur, antecedens antecedentes, & consequens consequentes.**

PROP. XXII. THEOR.

A 6 D 12
B 4 E 9
C 3 F 6

Si sint tres numeri A, B, C, *&* *alii ipsis multitudine aequales* D, E, F, *qui bini sumantur & in eadem ratione; sit autem perturbata eorum proportio* (A : B = E : F, & B : C = D : E) *etiam ex aequo in eadem ratione erunt* (A : C = D : F).

ϰ. 19. 7. Est enim ϰ AF = BE = CD. Ergo ϰ A : C = D : F. Q. E. D.

PROP. XXIII. THEOR.

Numeri primi inter se, A, B, *minimi sunt omnium eandem cum ipsis rationem habentium.*

Si fieri potest, sint C, D, eandem rationem habentes quam A, B, & ipsis A, B minores, mi-
λ. 21. 7. nimi omnium. Ergo λ C ipsum A aequaliter metietur, ac D ipsum B. Iam quoties C ipsum A metitur, tot vnitates sint in E: ergo &
μ. 2. cor. 16. 7. D ipsum B metietur per numerum E. Quare μ etiam

etiam E metietur A per C, & E ipsum B per D. Quum itaque idem E duos A, B metiatur: A, B non erunt [υ] primi inter se; contra hypothesin. Minimi ergo sunt A, B. Q.E.D. υ. 12. def. 7.

PROP. XXIV. THEOR.

Minimi numeri A, B, *eorum, qui eandem cum ipsis rationem habent, primi inter se sunt.*

Si negas: metiatur [ξ] eos numerus C, ipsum A nempe per numerum aliquem D, & alterum B per E. Ergo [ο] CD = A, & CE = B; & inde A : B = [π] D : E. Quum autem sit D < A, & E < B: non erunt A, B minimi; contra hypothesin. Ergo A, B primi inter se sunt. Q. E. D.

ξ. 12. def. 7.
ο. 9. ax. 7.
π. 18. 7.

PROP. XXV. THEOR.

A 6
B 5
C 3

Si duo numeri A, B *primi inter se fuerint, qui unum ipsorum* A *metitur numerus* C, *ad reliquum* B *primus erit.*

Si enim B, C inter se primi non sint: metiatur eos numerus D. Idem D metietur [ρ] ipsum A. Ergo A, B non [σ] erunt primi inter se; contra hypothesin. Ergo C ad B primus est. Q. E. D.

ρ. 11. ax. 7.
σ. 12. def. 7.

PROP. XXVI. THEOR.

A 2 B 3
C 5
D 6

Si duo numeri A, B *ad aliquem numerum* C *primi fuerint: & qui fit ex ipsis* D *ad eum* C *primus erit.*

Si negas: metiatur ipsos C & D idem aliquis E. Ergo [τ] E & A primi inter se sunt. τ. 25. 7.

A 2 B 3
C 5
D 6

Metiatur autem E ipſum D per numerum F: ergo $^{\nu}$ F ipſum D quoque metietur per E; & EF = $^{\varphi}$ D = $^{\chi}$ AB. Quare $^{\psi}$ E : A = B : F. Quum autem E, A primi inter ſe, ideoque $^{\omega}$ minimi ſint: E ipſum B $^{\alpha}$ metietur. Metitur autem E quoque ipſum C: ergo B, C non erunt primi inter ſe; contra hypotheſin. Quare D & C primi inter ſe ſunt. Q. E. D.

ν. 2. cor. 16. 7.
φ. 9. ax. 7.
χ. hyp.
ψ. 19. 7.
ω. 23. 7.
α. cor. 21. 7.

PROP. XXVII. THEOR.

A.. B...
A^2....
D..

Si duo numeri A, B *primi inter ſe fuerint: qui fit ab vno ipſorum* A^2 *ad reliquum* B *primus erit.*

Sit enim ipſi A = D: erunt & D, B primi inter ſe; & ergo $^{\beta}$ AD id eſt $^{\gamma}$ A^2 ad B primus erit. Q. E. D.

β. 26. 7.
γ. 18. def. 7.

PROP. XXVIII. THEOR.

A 3. B 5
E 15
C 2 D 4
F 8

Si duo numeri A, B *ad duos numeros* C, D, *vterque ad vtrunque primi fuerint: & qui fiunt ex ipſis* E, F *inter ſe primi erunt.*

Nam quia A, B ad C primi ſunt: E $^{\delta}$ etiam ad C primus erit. Eadem ratione E, D inter ſe primi ſunt. Quare quum C, D ad E primi ſint: erunt & $^{\delta}$ F ac E primi inter ſe. Q. E. D.

δ. 26. 7.

PROP.

PROP. XXIX. THEOR.

A 2 B 3
A^2 4 B^2 9
A^3 8 B^3 27

Si duo numeri A, B *primi inter se fuerint, & vterque se ipsum multiplicans faciat aliquos* A^2, B^2: *facti ex ipsis* A^2, B^2 *primi inter se erunt; & si numeri a principio positi* A, B, *eos qui facti sunt* A^2, B^2 *multiplicantes, aliquos* A^3, B^3 *faciant: & ipsi inter se primi erunt; & semper circa extremas hoc continget.*

Quia enim [ε] A^2, B primi sunt: erunt & [ε] A^2, B^2 primi. Iam quum & A, B^2 primi sint, & ergo duo A, A^2 ad duos B, B^2 vterque ad vtrumque primi sint: erunt quoque [ζ] A^3, B^3 primi inter se. Q. E. D. ε. 27. 7. ζ. 28. 7.

PROP. XXX. THEOR.

A 3 B 5
A + B 8

Si duo numeri A, B *primi inter se fuerint: & vterque simul* A + B *ad vtrumque ipsorum* & A & B *primus erit. Quod si vterque simul* A + B *ad vnum aliquem ipsorum sit primus: & numeri* A, B *a principio positi inter se primi erunt.*

1. Si negas, A + B ad A vel B primum esse: metiatur ipsos A + B & A aliquis C; qui ergo [η] & B metietur. Quare A & B non sunt primi inter se; contra hyp. η. 12. ax. 7.

2. Si negas A, B primos esse: metiatur eos aliquis C. Quum ergo idem C [ϑ] ipsum A + B metiatur: A + B ad neutrum ipsorum A, B primus erit; contra hyp. ϑ. 10. ax. 7.

PROP. XXXI. THEOR.

A 3 B 7 *Omnis primus numerus* A *ad omnem numerum* B, *quem non metitur, primus est.*

Si negas: metiatur eos aliquis C praeter vnitatem. Et quia A non metitur B: erit C diuersus a numero A. Ergo quum A metiatur aliquis, qui nec vnitas nec ipsi A idem est:

ι. 11. def. 7. A primus [ι] non erit; contra hyp.

PROP. XXXII. THEOR.

A 2	B 6
AB 12	
C 3	
D 4	

Si duo numeri A, B *sese multiplicantes, aliquem faciant; eum vero* AB, *qui ex ipsis fit, metiatur aliquis numerus primus* C: *& vnum ipsorum* A, B, *qui a principio positi sunt, metietur.*

κ. 31. 7. Nam C ipsum A non metiatur: ergo [κ] C & A primi inter se sunt. Metiatur autem C

λ. 9. ax. 9. ipsum AB per D: erit $CD = ^{\lambda} AB$, ideoque

μ. 19. 7. $C : A = ^{\mu} B : D$. Quare quum C, A minimi

ν. 23. 7. sint eorum [ν], qui rationem C: A habent: C ip-

ξ. cor. 21. 7. sum B [ξ] metietur.

Similiter demonstrabitur, si C ipsum B non metiretur, metiri ipsum A. Quare C metitur vnum ipsorum A, B. Q. E. D.

PROP. XXXIII. THEOR.

Omnem numerum compositum A *primus aliquis numerus metitur.*

Quia

A 12
B 4
C 2

Quia enim A compositus est: metitur eum [s] aliquis B, qui si primus sit, patet propositio. Si vero B etiam compositus est: metiatur eum C, qui etiam metietur [π] ipsum A. Quare si hic C nondum primus est, metietur ipsum alius, & sic progrediendo tandem ad primum peruenietur, qui metietur tam antecedentem quam A. Nisi enim tandem ad primum perueniretur: metirentur ipsum A infiniti numeri, quorum alter altero minor. Q. E. A [ρ].

s. 13. def. 7.
π. 11. ax. 7.
ρ. 2. def. 7.

Aliter. Sit C minimus omnium ipsum A metientium: erit idem primus. Si enim non: metiatur illum numerus D<C; quare quum idem D metiatur etiam [π] A, non est C minimus metientium ipsum A; contra hyp.

PROP. XXXIV. THEOR.

Omnis numerus A vel primus est, vel eum primus aliquis numerus metitur.

Si enim A primus est: manifesta est propositio. Sin A compositus: metietur eum aliquis [σ] primus. Ergo A aut primus est, aut eum primus metitur. Q. E. D.

σ. 33. 7.

PROP. XXXV. PROBL.

A 6 B 15 C 21
D 3
E 2 F 6 G 7

Numeris quotcunque A, B, C datis, inuenire minimos omnium, qui eandem cum ipsis rationem habeant.

Si ipsi A, B, C primi inter se sunt: minimi iam erunt [τ] omnium eandem rationem habentium.

τ. 23. 7.

Si

A 6	B 15	C 21
	D 3	
E 2	F 5	G 7

u. 3. 7. Si vero non: sume * ipsorum maximam communem mensuram D, per quam diuide ipsos A, B, C. Numeri E, F, G, per quos D ipsos A, B, C metitur, erunt quaesiti.

φ. a. cor. 16. 7. χ. sch. 9. 7. Nam quia vnusquisque ipsorum E, F, G vnumquemque ipsorum A, B, C per D φ metitur, id est aequaliter: ipsi E, F, G in eadem χ sunt ratione cum numeris A, B, C. Dico etiam E, F, G minimos fore eandem cum A, B, C rationem habentium. Si enim negas: erunt alii H, K, L, ipsis E, F, G minores, minimi eandem cum A, B, C rationem habentium.

ψ. 21. 7. ω. 9. ax. 7. α. 19. 7. β. 20. def. 7. Ergo ψ H, K, L ipsos A, B, C aequaliter metientur, id est per eundem numerum, qui sit *M*. Igitur *M* metietur φ ipsum A per H, ipsum *B* per K, & ipsum C per L; & MH $=$ ω A. Sed est etiam ED $=$ ω A. Ergo ED $=$ MH, & E : H $=$ α M : D. Sed E $>$ H: ergo M $>$ β D. Quare quum *M* ipsos A, B, C metiatur: non erit D maxima ipsorum A, B, C mensura; contra hyp. Ergo E, F, G minimi sunt eandem cum A, B, C rationem habentium. Q. E. D.

PROP. XXXVI. PROBL.

Duobus numeris A, B *datis, inuenire minimum numerum, quem metiantur.*

A 3	B 4
AB 12	

1. Sint dati A, B primi inter se. Multiplicetur A per B, factus AB erit quaesitus.

Nam

Nam vterque A, B metitur $^{\gamma}$ AB. Est autem & AB minimus eorum, quem A & B metiuntur. Si negas: metiantur illi numerum $C < AB$; & A quidem ipsum C metiatur per D, B vero per E. Ergo erit $AD =^{\delta} C =^{\delta} BE$, & hinc $A : B =^{\epsilon} E : D$. Sunt autem A, B primi inter se, ideoque minimi $^{\zeta}$: ergo B $^{\eta}$ metietur ipsum D. Sed numeri B, D ipsum A multiplicantes fecerunt ipsos AB, C: ergo erit $^{\vartheta}$ $B : D = AB : C$, & ideo AB metietur $^{\iota}$ ipsum C, minor maiorem. Q. E. A $^{\kappa}$.

γ. 8. ax. 7. & 1. cor. 16. 7.
δ. 9. ax. 7.
ε. 19. 7.
ζ. 23. 7.
η. 21. 7.
ϑ. 18. 7.
ι. 20. def. 7.
κ. 13. ax. 7.

A 4 B 6
C 2 D 3
AD 12

2. Non sint A, B primi inter se: sume $^{\lambda}$ minimos C, D in eadem ratione cum A, B: & multiplica extremos vel medios per se inuicem. Factus AD erit quaesitus.

λ. 35. 7.

Nam quia A per D, & B per C multiplicatus eundem $^{\mu}$ AD producunt: tam A, quam B eundem AD metietur $^{\nu}$. Dico etiam AD minimum esse. Si enim non: metientur A, B aliquem E minorem quam AD, & metiatur quidem A ipsum E per F, B vero per G: Quare erit $AF =^{\xi} E =^{\xi} BG$, & $A : B =^{\mu} G : F$. Sed ^{o} $A : B = C : D$. Ergo $C : D = G : F$. Quia autem C, D minimi ^{o} sunt: D ipsum F $^{\pi}$ metietur. Sed $D : F =^{\rho} AD : AF$ id est E: igitur AD metietur E, maior minorem. Q. E. A $^{\sigma}$.

μ. 19. 7.
ν. 7. ax. 7.
ξ. 9. ax. 7.
ο. constr.
π. cor. 21. 7.
ρ. 18. 7.
σ. 13. ax. 7.

PROP. XXXVII. THEOR.

A 2 B 3
C 18
D 6

Si duo numeri A, B *metiantur numerum aliquem* C: *&* *minimus, quem illi* A, B *metiuntur*, D *eundem* C *metietur*.

Si

A 2 B 3
C 18
D 6

Si negas: D diuidens C relinquat se minorem E. Quia igitur D metitur C—E; & A, B ipsum D metiuntur: metientur quoque[τ] ipsum C—E, &[υ] hinc etiam ipsum E, qui minor est quam D. Ergo D non erit minimus eorum, quos A, B metiuntur; contra hyp.

τ. 11. ax. 7.
υ. 12. ax. 7.

PROP. XXXVIII. PROBL.

Tribus numeris A, B, C *datis, inuenire minimum numerum, quem metiantur.*

φ. 36. 7.

A 3 B 4 C 6
D 12

1. Sume[φ] minimum D, quem duo A, B metiuntur. Si C etiam metiatur ipsum D: erit D quaesitus.

Nam quod tres A, B, C ipsum D metiantur, patet. Quod autem minimus sit, sic ostenditur. Si negas: metiantur A, B, C alium numerum E ipso D minorem. Ergo & D metietur[χ] ipsum E, maior minorem. Q. E. A.

χ. 37. 7.

A 2 B 3 C 4
D 6
E 12

2. Si autem C non metiatur D: sume minimum[φ] E, quem C & D metiantur. Qui erit quaesitus.

Nam A, B, qui ipsum D metiuntur, metientur quoque[ψ] ipsum E. Ergo tres A, B, C ipsum E metientur. E autem minimus erit. Si enim non: metiantur A, B, C alium F < E. Ergo & D[χ] metietur ipsum F. Quare quum C & D ipsum F metiantur: metietur

ψ. 11. ax. 7.

tietur eundem [κ] etiam E, minorem maior. κ. 37. 7.
Q. E. A [α]. α. 13. ax. 7.

PROP. XXXIX. THEOR.

A 12 B 4
C 3

Si numerum A *numerus aliquis* B *metiatur, ille* A, *quem metitur* B, *partem habebit* C *a metiente* B *denominatam.*

Metiatur enim B ipſum A per vnitates in C: ergo, quum [α] etiam 1 metiatur C per vnitates in eodem, 1 ipſum C aequaliter metietur, ac B ipſum A. Quare 1 ipſum B aequaliter [β] metietur ac C ipſum A; id eſt [γ] C ipſius A eadem pars eſt, quae 1 ipſius B. Sed 1 eſt pars numeri B ab ipſo B denominata: ergo A partem habet C ab ipſo B denominatam. Q. E. D.

α. 5. ax. 7.
β. 15. 7.
γ. 3. def. 7.

PROP. XL. THEOR.

A 8 B 2
C 4

Si numerus A *partem quamcunque* B *habeat: eum numerus* C *a parte* B *denominatus metietur.*

Quia [δ] numerus C tot vnitates habet, quota pars B eſt ipſius A: erit 1 eadem pars ipſius C, quae B ipſius A; id eſt [ε] 1 ipſum C aequaliter metietur, ac B ipſum A. Hinc & 1 ipſum B aequaliter [ζ] metietur, ac C ipſum A. Ergo C metietur A. Q. E. D.

δ. hyp.
ε. 3. def. 7.
ζ. 15. 7.

PROP.

PROP. XLI. PROBL.

Numerum inuenire, qui, minimus quum sit, datas partes A, B, C, *habeat.*

A	$\frac{1}{2}$	D	2
B	$\frac{1}{3}$	E	3
C	$\frac{1}{4}$	F	4
		G	12

Sint ab ipsis partibus A, B, C denominati numeri D, E, F, & sumatur ª minimus eorum, quos D, E, F metiuntur, qui sit G. Dico factum.

a. 38. 7.

Nam ᵇ patet numerum G partes habere a metientibus D, E, F denominatas, id est, partes A, B, C. Dico autem G etiam esse minimum. Nam si quis minor H partes haberet A, B, C: metirentur eum ᶜ numeri D, E, F. Ergo G non esset minimus, quem D, E, F metiuntur; contra hypothesin.

b. 39. 7.

c. 40. 7.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER VIII.

* * * * * * * * * * * * * *

PROP. I. THEOR.

A 8, B 12, C 18, D 27

Si sint quotcunque numeri A, B, C, D *deinceps proportionales, quorum extremi* A, D *sint inter se primi: minimi erunt omnium eandem cum ipsis rationem habentium.*

Si negas: sint totidem alii E, F, G, H minores in eadem ratione. Ergo ex aequo [α] A:D = E:H. Quare quum A, D, primi inter se, sint quoque [β] minimi: [γ] metientur illi ipsos E, H, se ipsis minores. Q. E. A.

α. 14. 7.
β. 23. 7.
γ. cor. 21. 7.

PROP. II. PROBL.

Numeros inuenire deinceps proportionales minimos, quotcunque quis imperauerit, in data ratione.

A 2, B 3

A^2 4, AB 6, B^2 9

A^3 8, A^2B 12, AB^2 18, B^3 27

1. Sint A, B minimi [δ] in data ratione: erunt A^2, AB, B^2 tres deinceps proportionales minimi in data ratione.

δ. 35. 7.

$$A\ 2,\quad B\ 3$$
$$A^2\ 4,\quad AB\ 6,\quad B^2\ 9$$
$$A^3\ 8,\quad A^2B\ 12,\quad AB^2\ 18,\quad B^3\ 27$$

ε. 18. 7. Nam $A^2 : AB = ^{\epsilon} A : B = ^{\epsilon} AB : B^2$. Et
ζ. 24. 7. quia A, B primi inter se ζ sunt, ideoque etiam
η. 29. 7. A^2, B^2 primi η sunt inter se: patet θ, A^2, AB,
θ. 1. 8. B^2 minimos esse in ratione A : B. Q. E. F.

2. Sint iterum A, B minimi in data ratione: erunt A^3, A^2B, AB^2 & B^3 quatuor minimi in data ratione deinceps proportionales.

Nam similes sunt eidem rationi A : B sequen-
κ. 17. 7. tes κ $A^3 : A^2B$, $A^2B : AB^2$, $AB^2 : B^3$. Quum
λ. 24. & 29. 7. igitur A^3, B^3 inter se λ primi sint: erunt A^3, A^2B, AB^2, B^3 quatuor minimi in data ratione continue proportionales. Et eodem modo quotcunque proportionales inuestigantur. Q. E. F.

Corollaria.

1. Ex hoc manifestum est, si tres numeri deinceps proportionales minimi fuerint omnium eandem cum ipsis rationem habentium; extremos eorum quadratos esse; si vero quatuor; esse cubos.

* 2. Et patet simul, latera extremorum *esse* duos illos numeros, qui minimi sunt in data ratione.

PROP. III. THEOR.

Si sint quotcunque numeri A, B, C, D *deinceps proportionales minimi omnium eandem cum ipsis rationem habentium: eorum extremi* A, D *primi inter se erunt.*

Sum-

A 8, B 12, C 18, D 27
E, 2, F 3
G 4, H 6, K, 9
L 8, M 12, N 18, O 27

Sumtis enim [μ] duobus minimis numeris E, F, & tribus G, H, K, & sic deinceps pluribus minimis continue proportionalibus in eadem ratione A : B, donec peruentum sit ad totidem L, M, N, O, quot sunt propositi A, B, C, D: erit vnusquisque ipsorum L, M, N, O vnicuique ipsorum A, B, C, D aequalis. Sed L = E^3, & O = F^3. Ergo quia [ν] L, O primi inter se sunt: etiam A, D inter se primi erunt. Q. E. D.

μ. 35. 7. & 2. 8.

ν. 29. 7. & 24. 7.

PROP. IV. PROBL.

Rationibus datis quotcunque, A : B, C : D, E : F *in minimis numeris, numeros inuenire deinceps minimos in datis rationibus.*

A 2, B 5, C 3, D 4, E 5, F 6
H 6, G 15, K 20, L 24
N O M P

Sume [ξ] minimum G quem B & C metiantur, & duos alios H, K, quos ipsi A, D aeque metiantur, ac ipsi B & C numerum G.

ξ. 36. 7.

Cas. 1. Iam si E quoque metitur ipsum K, sume numerum L, quem F toties metiatur, quoties E ipsum K. Dico factum.

Nam [o] est H : G = A : B, & G : K = C : D, & K : L = E : F. Si vero neges H, G, K, L minimos esse eorum, qui in rationibus propositis sunt deinceps proportionales: sint alii N, O, M, P minimi. Et quia est A : B = N : O; A vero

o. 20. def. 7. & 13. 7.

A 2, B 5, C, 3, D 4, E 5, F 6
H 6, G 15, K 20, L 24
N O M P

π. cor. 21. 7. & B minimi ſunt: B metietur * O. Eadem ρ. 37. 7. ratione C metietur ipſum O. Quare ρ etiam G metietur numerum O, maior minorem. Q. E. A.

A 4, B 5, C 2, D 3, E 4, F 3
H 8, G 10, K 15
N 32, O 40, M 60, P 45
Q R S T

Caſ. 2. At ſi non metiatur E ipſum K: ſume minimum M quem E & K metiantur; & duos N, O quos ipſi H, G aeque metiantur, ac K ipſum M, item quartum P, quem F aeque metiatur, ac E ipſum M. Dico factum.

α. 20. def. 7. & 13. 7. Eſt enim α A : B = H : G = N : O, item C : D = G : K = O : M, & E : F = M : P. Si vero neges: minimos eſſe N, O, M, P: *ſint* Q, R, S, T minimi in datis rationibus. Quum ergo ſit A : B = Q : R; & A, B minimi ſint: B metietur π R. Eadem ratione C metietur R: ergo & ρ G metietur eundem R. Quare quum ſit G : K = C : D = R : S: numerus K α metietur S. Sed quia E : F = S : T, & E, F minimi ſunt: metitur quoque E ipſum S. Ergo ρ tandem M metiretur S, maior minorem. Q. E. A.

PROP.

PROP. V. THEOR.

A 2 C 4 BC 12
B 3 D 5
AB 6 CD 20
E 3, F 6, G 10

Plani numeri AB, CD *rationem habent ex lateribus* A, C, & B, D *compositam* AB : CD = (A : C) + (B : D).

Nam sumtis [σ] deinceps minimis E, F, G in datis rationibus A : C & B : D; quia E : G = [τ] (E : F) + (F : G): erit E : G = (A : C) + (B : D). Iam B ipsum C multiplicans faciat BC : & erit AB : BC = [υ] A : C = [φ] E : F. Similiter BC : CD = [υ] B : D = [φ] F : G. Ergo ex aequo AB : CD = [χ] E : G = (A : C) + (B : D). Q. E. D.

σ. 4. 8.
τ. 5. def. 6.
υ. 17. 7.
φ. constr.
χ. 14. 7.

PROP. VI. THEOR.

A 16, B 24, C 36, D 54, E 81
F 4, G 6, H 9

Si fuerint quotcunque numeri A, B, C, D, E *deinceps proportionales; primus autem* A *secundum* B *non metiatur: neque alius aliquis vllum metietur.*

1. Numeros hos deinceps se non metiri patet: quia si B metiretur C, A etiam metiretur [α] ipsum B, contra hypothesin.

2. Nec vllus, vt A, vllum, vt C, metietur. Quot enim sint sumti A, B, C, tot sumantur minimi [β] numeri in eadem ratione, qui sint F, G, H: hinc erit [γ] A : C = F : H. Sed quia A : B = F : G, & A non metitur B: [α] neque F metietur G; quare F vnitas esse [δ] nequit. Hinc, quum F & H primi [ε] sint inter se,

α. 20. def. 7.
β. 35. 7.
γ. 14. 7.
δ. 6. ax. 7.
ε. 3. 8.

ζ. 12. def. 7. se, F nequit ζ metiri ipsum H. Ergo nec A
α. 20. def. 7. metiri potest α ipsum C. Q. E. D.

PROP. VII. THEOR.

A 2, B 4, C 8, D 16

Si fuerint quotcunque numeri deinceps proportionales (∺ A, B, C, D), *primus autem* A *metiatur extremum* D: *& secundum* B *metietur.*

η. 6. 8. Si negas: neque alius aliquis vllum η metietur, ergo nec A ipsum D; contra hypothesin.

PROP. VIII. THEOR.

A 2, C 4, D 8, B 16
G 1, H 2, K 4, L 8
E 3, M 6, N 12, F 24

Si inter duos numeros A, B *numeri deinceps proportionales* C, D *ceciderint: quot inter eos cadunt numeri deinceps proportionales, totidem & inter alios* E, F, *eandem cum ipsis* A, B *rationem habentes, cadent.*

θ. 35. 7.
ι. 3. 8.
κ. 14. 7.
λ. hyp.
μ. 23. 7.
ν. 21. 7.

Sumtis enim θ totidem minimis G, H, K, L, quot sunt numeri A, B, C, D, & in eadem ratione: erunt G & L ι primi inter se, & ex aequo erit κ G : L = A : B = λ E: F. Sunt autem μ G & L minimi: ergo ν G aequaliter metitur ipsum E, atque L ipsum F. Sed quoties G metitur E, toties numeri H, K metiantur ipsos M, N. Numeri ergo G, H, K, L ipsos E, M, N, F aequaliter metientur; ideo-
ξ. 20. def. 7. que ξ numeri G, H, K, L in eadem ratione
& 13. 7. erunt, in qua sunt E, M, N, F. Ergo E, M,

N, F

N, F eandem cum ipsis A, C, D, B rationem habebunt, & ergo deinceps proportionales erunt. Tot igitur inter E, F cadunt deinceps proportionales, quot inter A & B. Q. E. D.

PROP. IX. THEOR.

A 8, C 12, D 18, B 27
E 1
F 2, G 3
H 4, K 6, L 9
M 8, N 12, O 18, P 27

Si duo numeri A, B *inter se primi fuerint, & inter ipsos numeri deinceps proportionales* C, D *ceciderint: quot inter ipsos* A, B *cadunt numeri deinceps proportionales, totidem & inter utrumque ipsorum* A, B *&* *unitatem* E *deinceps proportionales cadent.*

Sume enim[α] in eadem ratione, in qua sunt A, C, D, B, duos minimos F, G, & tres minimos H, K, L, & sic porro donec sumtorum M, N, O, P multitudo aequalis fiat multitudini datorum A, C, D, B. Hinc, quia & A, C, D, B minimi[π] sunt in eadem ratione, erit A = M, C = N, D = O, B = P. Et quia[ρ] H = F^q: erit E : F =[σ] F : H. Similiter quia A = M = HF: erit E : F = H : A. Ergo ∺ E, F, H, A. Eodem modo demonstratur, esse ∺ E, G, L, B. Q. E. D.

α. 35. 7. & 3. 8.
π. 1. 8.
ρ. cor. 2. 8.
σ. cor. 17. 7.

PROP. X. THEOR.

Si inter duos numeros A, B, *& unitatem* C *deinceps proportionales numeri* D, E, & F, G *ceciderint: quot inter utrumque ipsorum* A, B *& unitatem* C *cadunt numeri deinceps propor-*

tionales, totidem & inter ipsos A, B *numeri deinceps proportionales cadent.*

A 8, K 12, L 18, B 27
E 4, H 6, G 9
D 2, F 3
C 1

Numerus enim D ipsum F multiplicans faciat H, & sumatur $K = HD$, & $L = HF$. Et quia ponitur $C : D = D : E$; C vero

τ. 5. ax. 7. ipsum D metitur[τ] per D: metietur[υ] quoque
υ. 20. def. 7. D ipsum E per D; & ergo $E = {}^{\varphi} D^2$. Rur-
φ. 9. ax. 7. sus quia ponitur $C : D = E : A$: erit $A = ED$. Eadem ratione $G = F^2$, & $B = GF$. Quum ergo sit $E = D^2$ & $H = FD$: erit $D : F = {}^{\chi} E : H$. Item quia $H = FD$, & $G = F^2$: erit $D : F = H : G$. Ergo $E : H = H : G$. Rursus quia $K = HD$, & $L = HF$: erit $A : K$
χ. 17. 7. $= {}^{\chi} E : H = D : F = {}^{\psi} K : L$. Similiter quia
ψ. 18. 7. $L = HF$, & $B = GF$: erit $L : B = {}^{\chi} H : G = E : H$. Quare $\div$ A, K, L, B. Q. E. D.

PROP. XI. THEOR.

A^2 4, AB 6, B^2 9
A 2, B 3

Inter duos numeros quadratos A^2, B^2, *vnus medius proportionalis* AB *cadit. Et quadratus* A^2 *ad quadratum* B^2 *duplicatam rationem habet eius, quam latus* A *habet ad latus* B.

α. 18. 7. 1. Est enim $A^2 : AB = {}^{\alpha} A : B = {}^{\beta} AB : B^2$.
β. 17. 7. Q. E. D.

2. Quia (per dem.) $\div$ A^2, AB, B^2: erit
γ. 10. def. 5. $A^2 : B^2 = {}^{\gamma} (A^2 : AB)^2 = (A : B)^2$. Q. E. D.

PROP.

PROP. XII. THEOR.

A^3 8, A^2B 12, AB^2 18, B^3 27
A^2 4, AB 6, B^2 9
A 2, B 3

Inter duos numeros cubos A^3, B^3, *duo medii proportionales* A^2B, AB^2 *cadunt. Et cubus* A^3 *ad cubum* B^3 *triplicatam habet rationem eius, quam latus* A *habet ad latus* B.

1. Nam $A:B = ^{\delta} A^2:AB$, & $A:B = ^{\epsilon} AB:B^2$. Sed $A^3:A^2B = ^{\delta} A^2:AB = A:B$. Rursus $A^2B:AB^2 = ^{\epsilon} A:B$, item $AB^2:B^3 = ^{\epsilon} AB:B^2 = A:B$. Ergo $\div A^3, A^2B, AB^2, B^3$. Q. E. D. δ. 18. 7. ε. 17. 7.

2. Quia (per dem.) $\div A^3, A^2B, AB^2, B^3$: erit $A^3:B^3 = ^{\zeta} (A^3:A^2B)^3 = (A:B)^3$. Q. E. D. ζ. 11. def. 5.

PROP. XIII. THEOR.

A 2, B 4, C 8
A^2 4, AB 8, B^2 16, BC 32, C^2 64
$A^3$8, A^2B16, $AB^2$32, $B^3$64, B^2C128, $BC^2$256, $C^3$512

Si sint quotcunque numeri A, B, C *deinceps proportionales, & vnusquisque se ipsum multiplicans faciat aliquos* A^2, B^2, C^2: *facti ex ipsis proportionales erunt. Et si positi a principio numeri* A, B, C *factos* A^2, B^2, C^2 *multiplicantes, alios* A^3, B^3, C^3 *faciant, & ipsi proportionales erunt. Et semper circa extremos hoc contingit.*

Expositis enim numeris AB, BC, A^2B, AB^2 B^2C & BC^2: erit$^{\eta}$ $\div A^2, AB, B^2$, item $\div A^3, A^2B, AB^2, B^3$, & erunt omnium horum numerorum rationes eaedem rationi A : B. Similiter B^2, BC, C^2 sunt deinceps proportionales η. 2. 8.

$$A\,2,\quad B\,4,\quad C\,8$$
$$A^2\,4,\ AB\,8,\ B^2\,16,\ BC\,32,\ C^2\,64$$
$$A^3 8,\ A^2B\,16,\ AB^2 32,\ B^3 64,\ B^2C\,128,\ BC^2 256,\ C^3 512$$

in ratione $B : C$, pariterque B^3, B^2C, BC^2, C^3 in eadem ratione deinceps proportionales. Ergo quia, $A : B = B : C$, erunt A^2, AB, B^2 in eadem ratione, in qua B^2, BC, C^2; nec non A^3, A^2B, AB^2, B^3 in eadem ratione, in qua B^3, B^2C, BC^2, C^3. Sunt autem tam illi quam hi inter se multitudine pares. Ergo ex ae-
ϑ. 14. 7. quo ϑ $A^2 : B^2 = B^2 : C^2$; & $A^3 : B^3 = B^3 : C^3$. Q. E. D.

PROP. XIV. THEOR.

$$A\,2,\ B\,4$$
$$A^2\,4,\ AB\,8,\ B^2\,16$$

Si numerus quadratus A^2 *metiatur quadratum numerum* B^2: *&* *latus A latus B metietur. Et si latus A metiatur latus B: &* *quadratus* A^2 *quadratum* B^2 *metietur.*

κ. 2. 8. 1. Sumto enim numero AB, erunt κ deinceps proportionales A^2, AB, B^2 in ratione A
λ. 7. 8. ad B. Ergo A^2 metietur λ AB. Hinc quia
μ. 20. def. 7. $A^2 : AB = A : B$, metietur etiam μ A ipsum B. Q. E. D.

ν. 18. 7. 2. Si A metitur B: quia $A : B$ ν $= A^2 : AB$, A^2 quoque metietur μ AB. Et quia $A^2 : AB$ $=$ κ $AB : B^2$: metietur μ & AB ipsum B^2. Er-
ξ. 11. ax. 7. go ξ A^2 metietur B^2. Q. E. D.

PROP.

PROP. XV. THEOR.

A^3 8, A^2B 16, AB^2 32, B^3 64
A^2 4, AB 8, B^2 16
A 2, B 4

Si numerus cubus A^3 *metiatur cubum numerum* B^3: *& latus* A *latus* B *metietur. Et si latus* A *latus* B *metiatur: & cubus* A^3 *cubum* B^3 *metietur.*

1. Sumtis enim numeris A^2B, AB^2, quia* deinceps in ratione A ad B proportionales sunt A^3, A^2B, AB^2, B^3, & A^3 ipsum B^3 metitur; metietur & A^3 ipsum A^2B. Quare quum sit $A^3 : A^2B = A : B$: metietur & A[π] ipsum B. Q. E. D. *o. 2. 8.* *π. 20. def. 7.*

2. Quia, iisdem sumtis, est* $A : B = A^3 : A^2B$, & A ipsum B metiri ponitur: metietur[π] & A^3 ipsum A^2B. Quare quum sit $\div\!\div$ A^3, A^2B, AB^2, B^3: patet[ρ] & A^3 ipsum B^3 metiri. Q. E. D. *ρ. 11. ax. 7.*

PROP. XVI. THEOR.

A^2 9, B^2 16
A 3, B 4

Si numerus quadratus A^2 *non metiatur quadratum numerum* B^2: *neque latus* A *latus* B *metietur. Et si latus* A *non metiatur latus* B: *neque hic quadratus* A^2 *quadratum* B^2.

1. Si enim A metiretur B: A^2 etiam metiretur[σ] B^2; contra hypothesin. *σ. 14. 8.*

2. Et si A^2 metiretur B^2: A etiam[σ] metiretur B; contra hypothesin.

PROP.

PROP. XVII. THEOR.

A^3 8, B^3 27
A 2, B 3

Si numerus cubus A^3 *non metiatur cubum numerum* B^3: *neque latus* A *latus* B *metietur. Et si latus* A *non metiatur latus* B: *neque cubus* A^3 *cubum* B^3 *metietur.*

1. Si enim A metiretur B: A^3 quoque me-
τ. 15. 8. tiretur[τ] B^3, contra hypothesin.

2. Si A^3 metiretur B^3:[τ] etiam A metiretur B; contra hypothesin.

PROP. XVIII. THEOR.

A 2, B 3, C 4, D 6
AB 6, BC 12, CD 24

Inter duos similes planos numeros AB, CD, *vnus medius proportionalis* BC *cadit. Et planus* AB *ad planum* CD *duplicatam rationem habet eius, quam latus homologum* A *habet ad homologum latus* C.

υ. 17. 7.
φ. 13. 7. &
21. def. 7.

1. Quia enim AB : BC $=^{\upsilon}$ A : C, & A : C $=^{\varphi}$ B : D: erit AB : BC $=$ B : D $=^{\upsilon}$ BC : CD. Q. E. D.

2. Quum $\div$ AB, BC, CD (per dem.): erit AB : CD $= (AB : BC)^2 = (A : C)^2 = (B : D)^2$. Q. E. D.

* *Cor.* Hinc inter duos similes planos cadit vnus medius proportionalis in ratione laterum homologorum.

PROP. XIX. THEOR.

A 2, B 3, C 5, D 4, E 6, F 10
ABC 30, BCD 60, BDF 120, DEF 240
AB 6, BD 12, DE 24

Inter

Inter duos similes solidos numeros ABC, DEF *duo medii proportionales* BCD, BDF *cadunt. Et solidus* ABC *ad similem solidum* DEF *triplicatam rationem habet eius, quam latus homologum* A, vel B, vel C *habet ad homologum latus* D, vel E, vel F.

1. Capiantur enim numeri AB, BD, DE, BCD, BDF. Et quia A : B =[χ] D : E: erunt[ψ] AB, DE similes plani, & ∺[ω] AB, BD, DE in ratione A : D, vel B : E, vel C : F. Est autem ABC : BCD =[α] AB : BD, & BDF : DEF =[α] BD : DE. Quare ABC : BCD = BDF : DEF = C : F. Denique BCD : BDF =[α] C : F. Ergo ∺ ABC, BCD, BDF, DEF. Q. E. D. — χ. hyp. ψ. 21. def. 7. ω. 18. 8. α. 17. 7.

2. Quia ergo ∺ ABC, BCD, BDF, DEF: erit ABC : DEF =[β] (ABC : BCD)^3 =[γ] (C : F)^3 = (B : E)^3 = (A : D)^3. Q. E. D. — β. 11. def. 5. γ. dem.

* *Cor.* Ergo inter duos similes solidos cadunt duo medii proportionales in ratione laterum homologorum.

PROP. XX. THEOR.

A 8, C 12, B 18
D 2, E 3, F 4, G 6

Si inter duos numeros A, B *unus medius proportionalis* C *cadat: numeri* A, B *similes plani erunt.*

Sume minimos D, E in ratione A ad C. Ergo[δ] D ipsum A aequaliter metietur, ac E ipsum C. Metiatur D ipsum A per F. Ergo DF =[ε] A, & EF =[ε] C. Ergo A planus[ζ] numerus est, cuius latera sunt D, F. Rursus quia A : C =[η] C : B: minimi quoque D, E — δ. 21. 7. ε. 9. ax. 7. ζ. 16. def. 7. η. hyp.

sunt

A 8, C 12, B 18
D 2, E 3, F 4, G 6

sunt in ratione C : B. Hinc si D metiatur ipsum C per G, E metietur quoque B per G. Ergo DG = C, & EG = B. Quare & B est numerus planus. Et
ϑ. 17. 7. κ. 21. def. 7. quia DG = C = EF, ideoque ϑ D : F = E : G : erunt A & B similes κ numeri plani. Q. E. D.

PROP. XXI. THEOR.

A 24, C 72, D 216, B 648
E 1, F 3, G 9
H 1, K 1, N 24, L 3, M 3, O 72

Si inter duos numeros A, B *duo medii proportionales* C, D *cadant: numeri* A, B *similes solidi erunt.*

λ. 35. 7. Sume λ tres minimos E, F, G eandem cum A, C, D rationem habentes, & ergo deinceps
μ. 3. 8. proportionales: & erunt E, G primi μ inter se,
ν. 20. 8. & similes plani ν numeri. Sint H, K latera ipsius E, & L, M latera ipsius G. Erunt ergo
ξ. cor. 18. 8. E, F, G proportionales in ratione ξ H : L vel K : M. Iam quum E, F, G eandem cum A,
ο. 14. 7. C, D rationem habeant: erit E : G = ο A : D.
π. 23. 7. Et quia E, G primi sunt, ideoque π minimi:
ρ. 21. 7. ρ metientur ipsos A, D aequaliter. Metiatur
σ. 9. ax. 7. E ipsum A per N: ergo EN = σ A. Sed E
τ. 17. def. 7. = HK: ergo A est solidus τ numerus, cuius latera H, K, N. Rursus quia E, F, G minimi sunt eandem rationem habentium, quam C, D, B: E ipsum C aequaliter metitur, ac G ipsum B. Metiatur E ipsum C per O. Ergo GO = B.
Sed

Sed G = L M. Quare B est solidus, cuius latera L, M, O. Denique quia A = EN, & C = EO : erit [v] N : O = A : C = E : F = H : L = K : M. Quare similes [φ] solidi sunt A, B numeri. Q. E. D. v. 17. 7. φ. 21. def. 7.

PROP. XXII. THEOR.

A 4, B 6, C 9

Si tres numeri A, B, C *deinceps proportionales fuerint, primus* A *autem sit quadratus: & tertius* C *quadratus erit.*

Nam A, C similes [χ] sunt plani numeri. Ergo quum [ψ] latera ipsius A aequalia sint: [ω] erunt & latera ipsius B aequalia, ideoque [ψ] erit & C quadratus. Q. E. D. χ. 20. 8. ψ. 18. def. 7. ω. 21. def. 7.

PROP. XXIII. THEOR.

A 8, B 12, C 18, D 27

Si quatuor numeri A, B, C, D *deinceps proportionales fuerint, primus autem* A *sit cubus: & quartus* D *cubus erit.*

Nam A, D sunt [α] similes solidi. Ergo & D cubus est. Q. E. D. α. 21. 8.

PROP. XXIV. THEOR.

A 4, B 9
C 16, D 36

Si duo numeri A, B *inter se rationem habeant, quam numerus quadratus* C *ad quadratum numerum* D, *primus autem* A *sit quadratus: & secundus* B *quadratus erit.*

Quia enim inter similes planos C, D, vnus medius proportionalis [β] cadit; & A : B = C : D: β. 18. 8.

cadet

γ. 8. 8. cadet quoque inter A, B vnus. γ medius pro-
δ. 22. 8. portionalis. Ergo & B δ est quadratus. Q. E. D.

* *Schol.* 1. Ergo ratio numeri quadrati ad non quadratum nequit exhiberi per duos quadratos numeros.

* *Schol.* 2. Et si A numerus ad numerum B est vt quadratus ad quadratum: numeri A, B similes plani sunt. (per 20. 8. & dem. huius). Et hinc dissimiles plani non sunt vt quadratus ad quadratum.

PROP. XXV. THEOR.

A 64, B 216
C 8, D 27

Si duo numeri A, B *inter se rationem habeant, quam numerus cubus* C *ad cubum numerum* D, *primus autem* A *sit cubus: & secundus* B *cubus erit.*

Quia enim C, D similes solidi sunt: duo
ε. 19. 8. medii proportionales inter ε eos cadunt. Er-
ζ. 8. 8. go & inter A, B duo medii proportionales ζ
η. 23. 8. cadunt. Quare quum A cubus sit: B etiam η cubus erit. Q. E. D.

* Ergo ratio numeri cubi ad non cubum reperiri nequit in duobus numeris cubis.

PROP. XXVI. THEOR.

A 6, C 12, B 24
D 1, E 2, F 4

Similes plani numeri A, B *inter se rationem habent, quam numerus quadratus ad quadratum numerum.*

θ. 18. 8. Medius proportionalis, inter A, B cadens θ,
κ. 2. 8. sit C, & sumantur κ minimi D, E, F eandem quam

quam A, C, B rationem habentium. Ergo [λ] D, F quadrati erunt. Et quia D:F =[μ] A:B: habebit A ad B rationem quadrati ad quadratum. Q. E. D.

λ. 1. cor. 2. 8.
μ. 14. 7.

PROP. XXVII. THEOR.

A 16,	C 24,	D 36,	B 54
E 8,	F 12,	G 18,	H 27

Similes solidi numeri A, B *inter se rationem habent, quam numerus cubus ad cubum numerum.*

Nam medii duo proportionales inter A, B cadentes[ν] sint C, D, & sint E, F, G, H totidem[ξ] minimi & in eadem ratione ac A, C, D, B. Ergo[ο] eorum extremi E, H cubi erunt. Hinc, quia A:B =[π] E:H, patet, esse A ad B, vt cubus ad cubum. Q. E. D.

ν. 19. 8.
ξ. 2. 8.
ο. 1. cor. 2. 8.
π. 14. 7.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER IX.

* * * * * * * * * * * * * *

PROP. I. THEOR.

A 6, B 54
AB 324
A^2 36

Si duo similes plani numeri A, B *sese multiplicantes aliquem fecerint: factus* AB *quadratus erit.*

Nam numerus A se ipsum multiplicans faciat quadratum A^2. Ergo[α] A : B = A^2 : AB. Et quia inter A & B vnus medius proportionalis[β] cadit: cadet etiam[γ] inter A^2 & AB vnus medius proportionalis. Ergo AB est[δ] quadratus. Q. E. D.

α. 17. 7.
β. 18. 8.
γ. 8. 8.
δ. 22. 8.

PROP. II. THEOR.

A 3, B 12
AB 36
A^2 9

Si duo numeri sese multiplicantes A, B, *quadratum numerum* AB *efficiant: similes plani erunt.*

Sumatur numerus quadratus A^2. Ergo A : B =[ε] A^2 : AB. Et quia quadrati A^2, AB similes plani numeri sunt, & ergo inter eos vnus medius proportionalis[ζ] cadit: cadet quoque inter A & B vnus[η] medius proportionalis. Ergo A & B similes plani sunt[θ] numeri. Q. E. D.

ε. 17. 7.
ζ. 18. 8.
η. 8. 8.
θ. 20. 8.

PROP.

PROP. III. THEOR.

A^3 8 A^6 64
A^2 4
A 2
1

Si cubus numerus A^3 *se ipsum multiplicans faciat aliquem* A^6: *factus* A^6 *cubus erit.*

Sumatur enim cubi A^3 latus A, & huius quadratum $A^2 =^{\iota}$ AA. Ergo $A^3 =^{\kappa} A^2A$. Quare $^{\lambda}$ $1 : A = A : A^2$, & $1 : A = A^2 : A^3$. Ergo inter 1 & A^3 duo medii proportionales cadunt. Quia vero $^{\lambda}$ $1 : A^3 = A^3 : A^6$, totidem etiam $^{\mu}$ inter A^3 & A^6 cadunt. Ergo A^6 cubus $^{\nu}$ est. Q. E. D.

ι. 18. def. 7.
κ. 18. & 19. def. 7.
λ. cor. 17. 7.
μ. 8. 8.
ν. 23. 8.

PROP. IV. THEOR.

A 8, B 27
A^2 64 AB 216

Si numerus cubus A *cubum numerum* B *multiplicans faciat aliquem: factus* AB *cubus erit.*

Sumatur numerus A^2, qui etiam ^{o} cubus erit. Et quia $A : B =^{\pi} A^2 : AB$: cubus erit $^{\varrho}$ ipse AB. Q. E. D.

ο. 3. 9.
π. 18. 7.
ρ. 25. 8.

PROP. V. THEOR.

A 8, B 27
A^2 64, AB 216

Si cubus numerus A *numerum aliquem* B *multiplicans faciat cubum* AB: *&* *multiplicatus* B *cubus erit.*

Sumatur numerus A^2, qui cubus $^{\sigma}$ erit. Et quia $A : B =^{\tau} A^2 : AB$: erit $^{\upsilon}$ B cubus. Q. E. D.

σ. 3. 9.
τ. 18. 7.
υ. 25. 8.

PROP. VI. THEOR.

A 8, A^2 64, A^3 512

Si numerus A *se ipsum multiplicans cubum* A^2 *faciat: & ipse* A *cubus erit.*

φ. 17. 7. Sumto enim cubo numero A^3, quia $A^3 : A^2$
χ. 25. 8. $=^{\varphi} A^2 : A$: erit A[χ] cubus. Q. E. D.

PROP. VII. THEOR.

A 6, B 7
AB 42
C 3, D 2

Si compositus numerus A *numerum aliquem* B *multiplicans quempiam faciat: factus* AB *solidus erit.*

ψ. 13. def. 7. Numerum enim A metiatur[ψ] numerus C
ω. 9. ax. 7. per D. Ergo A $=^{\omega}$ CD. Ergo AB = CDB
α. 17. def. 7. solidus[α] est. Q. E. D.

PROP. VIII. THEOR.

∺ 1. A 3. B 9. C 27. D 81. E 243. F 729

Si ab vnitate quotcunque numeri A, B, C, D, E, F *deinceps proportionales fuerint: tertius quidem ab vnitate* B *quadratus est, & vnum intermittentes omnes* D, F; *quartus autem* C *est cubus, & duos intermittentes omnes* F; *septimus vero* F *cubus simul & quadratus, & quinque intermittentes omnes.*

1. Quia enim 1 : A = A : B: vnitas ipsum
β. 20. def. 7. A aequaliter metitur[β] ac A ipsum B. Ergo
γ. 6. ax. 7. A per se ipsum metitur[γ] numerum B, & hinc
δ. 9. ax. 7. B $=^{\delta} A^2$ quadratus est. Et quoniam ∺ *B*,
ε. 22. 8. C, D: erit[ε] & D quadratus. Eadem ratione & F quadratus erit, & vnum intermittentes omnes quadrati erunt. Q. E. D.

2. Quia

2. Quia est 1 : A = B : C : metietur B ipsum C per A, & ergo C =[δ] AB = A^3 cubus erit. Et quum sint ∺ C, D, E, F : erit [ζ] & F cubus. Et similiter omnes duos intermittentes cubi erunt. Q. E. D. δ. 9. ax. 7. ζ. 23. 8.

3. Et quia F etiam ostensus est quadratus : septimus F & quadratus & cubus simul est ; idemque pariter demonstratur de omni quinque intermittente. Q. E. D.

PROP. IX. THEOR.

∺ 1, A 4, B 16, C 64, D 256, E 1024, F 4096
∺ 1, A 8, B 64, C 512, D 4096, E 32768, F 262144

Si ab unitate quotcunque numeri A, B, C, D, E, F *deinceps proportionales fuerint, qui vero post unitatem* A *sit quadratus ; & reliqui omnes quadrati erunt : si qui post unitatem* A *sit cubus ; & reliqui omnes cubi erunt.*

1. Sit enim A quadratus. Iam tertius B, & unum intermittentes omnes D, F, quadrati [η] sunt. Sed quia sunt ∺ A, B, C, & A quadratus est : erit [θ] C quadratus, hinc & E &c. Omnes ergo quadrati sunt. Q. E. D. η. 8. 9. θ. 22. 8.

2. Sit A cubus. Iam quartus C, & omnes F, qui duos intermittunt, [η] cubi sunt. Et quia 1 : A = A : B ; & ergo B =[ι] A^2 : erit & [κ] B cubus ; quare & E cubus [λ] erit. Et ob ∺ A, B, C, D, erit & [λ] D cubus. Et similiter reliqui omnes cubi sunt. Q. E. D. ι. 20. def. 7. & 9. ax. 7. κ. 3. 9. λ. 23. 8.

PROP. X. THEOR.

1, A 2, B 4, C 8, D 16, E 32, F 64

Si ab vnitate quotcunque numeri A, B, C, D, E, F *deinceps proportionales fuerint*, *qui vero post vnitatem* A *non sit quadratus*; *neque alius vllus quadratus erit, praeter tertium ab vnitate* B, *&* *vnum intermittentes omnes* D, F: *si*, *qui post vnitatem*, A *non sit cubus*; *neque alius vllus cubus erit*, *praeter quartum ab vnitate* C, *&* *duos intermittentes omnes* F.

1. Non sit A quadratus, & tamen C quadratus sit, si fieri potest. Ergo quia & B qua-
μ. 8. 9. dratus [μ] est: A ad B eam rationem habet, quam quadratus B ad quadratum C, & hinc A qua-
ν. 24. 8. dratus [ν] erit; *contra hypothesin.* Similiter ostendemus nullum alium quadratum esse præter B, D, F &c. Q. E. D.

2. Si A cubus non sit, & tamen D cubus esset: quoniam C cubus [μ] est; haberet & B ad C rationem, quam cubus C ad cubum D, &
ο. 25. 8. π. 20. def. & ergo ipse B cubus [ο] esset. Hinc quia, ob 1 : A
9. ax. 7. = A : B, est B = [π] A^2, esset & A cubus [ρ];
ρ. 6. 9. *contra hyp.* Similiter ostendemus nec vllum alium cubum esse præter C & F &c. Q. E. D.

PROP. XI. THEOR.

∺ 1, A 3, B 9, C 27, D 81, E 243

Si ab vnitate quotcunque numeri A, B, C, D, E *deinceps proportionales fuerint*: *minor* A *maiorem* D *metitur per aliquem* C *eorum*, *qui sunt in numeris proportionalibus.*

Quia

Quia enim est 1 : A = C : D : aeque metitur C ipsum D[σ] ac 1 ipsum A. Ergo & A ipsum D aeque[τ] metitur ac 1 ipsum C, id est[υ] A metitur D per C. σ. 20. def. 7. τ. 15. 7. υ. 9. ax. 7.

* Pariter, si sumantur B & E, demonstratur B metiri ipsum E per aliquem C inter proportionales : quia[φ] 1 : B = C : E. Q. E. D. φ. 14. 7.

* *Cor.* In serie numerorum ab vnitate deinceps proportionalium secundus A quemuis D metitur per proxime praecedentem C.

* *Schol.* 1. Et hinc secundus A quemuis C multiplicans facit proxime sequentem D.

* *Schol.* 2. Si numerus qui metitur aliquem ex proportionalibus non sit vnus proportionalium : neque is, per quem metitur, vnus ex proportionalibus erit[χ]. χ. 2. cor. 16. 7.

PROP. XII. THEOR.

÷ 1, A 4, B 16, C 64, D 256
E 2, H 8, G 32, F 128

AC = 2 DC: erit GC = 2 EC, & igitur [a] factus ex GB, BC cum quadrato ex CE = quadrato ex BE. Hinc erit factus ex AB, BC aequalis facto ex GB, BC, & AB = BG. Q. E. A. Quare AB per BC multiplicatus cum quadrato ex CE non est aequalis ipsi quadrato ex BE. Si tandem ponas eundem aequalem quadrato minori quam quadratum ex BE, velut quadrato ex BF: sit HA = 2 DF; & erit rursus HC = 2 CF, & ideo [a] factus ex HB, BC cum quadrato ex CF = quadrato ex BF. Hinc foret factus ex AB, BC + quadrato ex CE = facto ex HB, BC + quadrato ex CF. Q. E. A. Ergo tandem patet, quadratum factum ex AB, BC cum quadrato ex CE non quadratum esse. Q. E. F.

PROP. XXX. PROBL.

Inuenire duas rationales, potentia solum commensurabiles, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi longitudine commensurabilis.



C 9 . D 4

[b] 9. cor. lem. 1. Exponatur ρ AB, & sumantur [b] duo quadrati numeri C, D, ita vt C — D non sit quadratus, & in descripto super AB semicirculo aptetur AF, vt AFq

[c] 1. cor. 6. 10. sit [c] ad ABq vti numerus C — D ad numerum C. Iungatur FB. Dico factum.

Quia enim AFq ad ABq rationem habet numeri ad numerum, non autem quadrati ad qua-

quadratum: erit[κ] AF ∈ AB, ideoque[λ] AF, AB κ. cor. 11. 10.
sunt ρ ∈. Sedquia C : C — D = ABq : AFq : λ. 6. def. 10.
erit conuertendo[μ] C : D = ABq : ABq — AFq μ. cor. 19. 5.
id est[ν] BFq. Ergo √ (ABq — AFq) = BF[ξ] ⪯ ν. 31. 3. & 47. 1.
AB. Q. E. F. ξ. 9. 10.

PROP. XXXI. PROBL.

Inuenire duas rationales potentia solum commensurabiles, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi longitudine incommensurabilis. Fig. prop. XXX.

Exponantur ρ AB, & duo quadrati numeri C, D[ο], qui nullum quadratum componant, ο. lem. 2.
& super AB describatur semicirculus, & [π] fiat π. cor. 6. 10.
vti C + D ad C ita ABq ad AFq, & iungatur FB. Dico factum.

Nam primo, vt antea ostendetur, AF, AB esse ρ ∈. Secundo quia C + D : C = ABq : AFq, erit conuertendo C + D : D = ABq : ABq — AFq id est BFq[ρ]. Ergo √ (ABq — AFq) ρ. 31. 3. & 47. 1.
= BF [σ] non ⪯ AB. Q. E. F. σ. 9. 10.

PROP. XXXII. PROBL.


A C B D

Inuenire duas medias potentia solum commensurabiles, quae rationale contineant, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi longitudine commensurabilis.

Exponantur[τ] duae rationales A, B ∈, ita vt τ. 30. 10.
√ (Aq — Bq) ⪯ A. Sit[υ] A × B = Cq, & [φ] υ. 13. 6.
Bq = C × D. Dico C, D esse quaesitas. φ. 45. 1.

Nam

κ. 22. 10. Nam quia [κ] A × B medium est: C media erit. Et quia Bq est ρ: etiam C × D erit ρ. Quia
ψ. sch. lem. 23. 10. vero A : B = [ψ] A × B : Bq = Cq : C × D = [ω] C : D; & A Є
ω. lem 23. 10.
α. sch. 10. 10. B: erit quoque [α] D Є C, ideoque erunt C &
β. 24. 10. D [β] mediae Є. Denique quia A : B = C : D,
γ. 15. 10. [γ] erit √ (Cq — Dq) ꜫ C. Q. E. F.

Similiter autem ostendetur *inueniri posse duas medias potentia solum commensurabiles, & continentes rationale, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi* incom-
δ. 31. 10. mensurabilis *longitudine* [δ].

LEMMA.



Si fuerint tres rectae lineae AB, BC, CD *in ratione aliqua: erit, vt prima* AB *ad tertiam* CD, *ita rectangulum contentum sub prima* AB *& media* BC *ad id quod sub media* BC *& tertia* CD *continetur.*

Ponantur AB, BC, CD in directum, & ducatur perpendicularis AE = BC, & compleantur Pgra. EB, FC, GD, quae Rgla. erunt. Et quia ergo BC = EA = FB = GC, erit
ε. 1. 6. AB : BC = [ε] EB : FC = AB × BC : FC, similiter BC : CD = FC : GD = FC : BC × CD. Ergo ex aequo AB : CD = AB × BC : BC × CD. Q. E. D.

PROP.

PROP. XXXIII. PROBL.

Inuenire duas medias potentia solum commensurabiles, quae medium contineant, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi longitudine commensurabilis.



A D B E C

Exponantur a tres rationales Є a. 11. 10. &
A, B, C, ita vt √(Aq — Cq) Σ 30. 10.
A, & fiat Dq = ζ A × B, & D ζ. 14. 2.
× E η = B × C: erunt D, E η. 45. 1.
quaesitae.

Nam quia A, B ρ Є: erit ϑ D ϑ. 22. 10.
media. Et quoniam A: C = ι A × B: C × ι. 1. 6.
B = Dq: D × E = κ D: E: erit D λ Є E. κ. lemma 23. 10.
Hinc D, E μ sunt mediae Є, atque √(Dq — λ. 1. sch. 10. 10.
Eq) ν Σ D. Patet etiam, quia ξ B × C me- μ. 24. 10.
dium est, esse & D × E ο medium. Q. E. F. ν. 15. 10.
ξ. sch. 22. 10.

Similiter ostenditur, π quomodo *inueniantur duae mediae potentia solum commensurabiles, & medium continentes, ita vt maior plus possit, quam minor, quadrato rectae lineae sibi* incommensurabilis *longitudine.* ο. cor. 24. 10. π. 31. 10.

LEMMA.



Sit triangulum rectangulum ABC, *rectum habens angulum* BAC, *&* *ducatur* AD *perpendicularis: dico* CB × BD = ABq, *&* BC × CD = ACq, *&* BD × DC = DAq, *& denique* BC × AD = BA × AC.



Nam tres priores partes huius propositionis patent ex corollario 8.6 &.ex 17.6. Vltima demonstratur, descripto Rglo. EC = BC ⨯ AD,
ρ. 41. 1. & Rglo. AF = BA ⨯ AC. Nam EC = ρ 2 △.
σ. 34. 1. ABC = σ AF. Q. E. D.

PROP. XXXIV. PROBL.

Inuenire duas rectas lineas potentia incommensurabiles, quae faciant compositum quidem ex ipsarum quadratis rationale, rectangulum vero, quod sub ipsis continetur, medium.

τ. 31. 10. Exponantur τ AB, BC ρ Є, ita vt √(ABq — BCq) non ≤ AB. Bisecetur BC in D, & ipsi BDq vel DCq aequale pgr. ad rectam
υ. 28. 6. AB applicetur υ, deficiens figura quadrata, & sint AE, EB partes ex applicatione factae. Describatur super AB semicirculus AFB, & ex E ducatur in AB perpendicularis EF, & iungantur AF, BF; quae erunt quaesitae.



φ. 4. 2. Quum enim sit BDq = φ $\frac{1}{4}$ BCq: erit χ BE
χ. 19. 10. non ≤ EA. Et quia AE: EB = ψ BA ⨯ AE:
ψ. 1. 6. AB ⨯ BE = ω AFq: BFq: erit ω AF ϴЄ BF.
ω. lem. pr. Porro, quia AFq + BFq = β ABq, AFq +
κ. 10. 10. BFq est ρ. Denique quia EFq = ω AE ⨯
β. 31. 3. EB = γ BDq, ideoque BD = EF, & BC =
γ. lem. 18.10. 2 EF: erit AB ⨯ BC = δ 2 AB ⨯ EF = ω 2
δ. 1. 6.

AF

AF $\times$ FB. Sed AB $\times$ BC medium[ε] est: ergo & AF $\times$ FB medium[ζ] erit. Q. E. F. ε. 22. 10. ζ. cor. 24. 10.

PROP. XXXV. PROBL.

Inuenire duas rectas lineas potentia incommensurabiles, quae faciant compositum quidem ex ipsarum quadratis medium, rectangulum vero, quod sub ipsis continetur rationale. Fig. prop. XXXIV.

Exponantur AB, BC[η] mediae ⋲ & rationale continentes, ita vt $\surd$ (ABq — BCq) non ⋝ AB, & reliqua fiant, ut in praecedente. Erunt AF, FB quaesitae. η. 32. 10.

Nam quia AE[θ] non ⋝ EB: erit &[ι] BA $\times$ AE non ⋝ AB $\times$ BE, ideoque[κ] AFq non ⋝ BFq, & propterea AF ⋲ BF. Et patet AFq + BFq = ABq medium[λ] esse. Denique quum BC = 2 EF, & hinc AB $\times$ BC =[μ] 2 AB $\times$ EF: erit AB $\times$ EF ρ, vtpote rationali AB $\times$ BC commensurabile[ν]. Ergo &[ν] AF $\times$ BF est ρ. Q. E. F. θ. 19. 10. ι. 1. 6. & 10. 10. κ. lem. 34. 10. λ. sch. 22. 10. μ. 1. 6. ν. sch. 12. 10.

PROP. XXXVI. PROBL.

Inuenire duas rectas lineas potentia incommensurabiles, quae faciant & compositum ex ipsarum quadratis medium, & rectangulum, quod sub ipsis continetur, medium & adhuc incommensurabile composito ex ipsarum quadratis.

ξ. 33. 10.



Exponantur[ξ] duae mediae ΘЄ, AB, BC, medium continentes, ita vt $\sqrt{}$(ABq — BCq) non Ʃ AB. Reliqua fiant vt in prop. 34. Dico AF, FB esse quaesitas.

ο. 19. 10.
π. sch. 22. 10.

Nam AE non Ʃ[ο] EB, ideoque AF ΘЄ BF. Et quoniam ABq medium[π] est: AFq + FBq medium esse patet. Porro quia AE $\times$ EB =[ρ] BDq =[τ] EFq: erit AB $\times$ BC = 2 AB $\times$ EF, & ideo[σ] medium erit AB $\times$ EF, & propterea etiam[τ] AF $\times$ FB. Denique quia AB non Ʃ[υ] BC, & BC Ʃ[υ] BD, & hinc AB non Ʃ[φ] BD: erit[χ] ABq non Ʃ AB $\times$ BD. Sed AB $\times$ BD = AB $\times$ EF = AF $\times$ FB, & ABq = AFq + FBq. Ergo AF $\times$ FB non Ʃ AFq + FBq. Q. E. F.

ρ. constr. & lem. 18. 10.
σ. cor. 24. 10.
τ. lem. 34. 10.
υ. constr.
φ. 13. 10.
χ. 1. 6. & 10. 10.

* *Schol.* Ex his manifestum est, quomodo *inueniri possint duae mediae longitudine & potentia incommensurabiles.* Factis enim omnibus, quae in propositione iussa sunt, & capta insuper G media proportionali inter AF, BF: erunt G & AB mediae ΘЄ. Nam quia Gq =[ψ] AF $\times$ BF *medio*: erit G media, & ΘЄ mediae AB.

ψ. 17. 6.

Principium Senariorum per compositionem.

PROP. XXXVII. THEOR.

Si duae rationales potentia solum commensurabiles AB, BC *componantur: tota* AC *irrationalis erit. Vocetur autem* ex binis nominibus.

Quia

Quia enim $AB \in BC$, erit $2\,AB \times BC$[α] non $\sqsubset$ $ABq + BCq$, & proinde $2\,AB \times BC + ABq + BCq =$[β] ACq non $\sqsubset$[γ] $ABq + BCq$. Quare quum $ABq + BCq$[δ] sit ρ: erit ACq[ε] αλ, &[ζ] AC αλ. Q. E. D.

α. cor.27.10.
β. 4. 2.
γ. 17. 10.
δ. sch.27.10
ε. sch.12.10.
ζ. 11. def. 10.

PROP. XXXVIII. THEOR.

Si duae mediae potentia solum commensurabiles AB, BC *componantur, quae rationale contineant: tota* AC *irrationalis erit. Vocetur autem* ex binis mediis prima.

Nam quum sit[η] $ABq + BCq$ non $\sqsubset$ $2\,AB \times BC$: erit $ABq + BCq + 2\,AB \times BC = ACq$ & non $\sqsubset$[θ] $AB \times BC$: hinc[ι] ACq αλ, & ergo AC αλ. Q. E. D.

η. cor. 27. 10.
θ. 17. 10. & 14. 10.
ι. sch. 12. 10.

PROP. XXXIX. THEOR.



Si duae mediae potentia solum commensurabiles AB, BC *componantur, quae medium contineant: tota irrationalis erit. Vocetur autem* ex binis mediis secunda.

Sit DE ρ, & fiat[κ] Rgl. $DEF = ACq$, & Rgl. $DEK = ABq + BCq$. Ergo Rgl. $HF =$[λ] $2\,AB \times BC$. Et quia ABq, BCq media[μ] sunt, ac propterea $ABq + BCq$ medium[ν] est, medium vero est & $AB \times BC$[ξ]: erit utrumque

κ. 45. 1.
λ. 4. 2.
μ. sch. 22. 10.
ν. 16. 10. & cor. 24. 10.
ξ. hyp.

σ. cor. 24. 10.
π. 23. 10.
ρ. cor. 27. 10.



Rgl. DK, HF [σ] medium. Ergo EK, KF erunt [π] ρ. Sed quia AB ∈ BC, erit ABq + BCq non ⊏ [ρ] 2 AB × BC, id est Rgl. DK non ⊏ HF. Quare est EK non ⊏ KF, &

ς. sch. 12. 10. ideo EK, KF ρ ∈ [ς] sunt, & [τ] DG vel EF αλ.
τ. 37. 10. υ. sch. 21. 10. Patet ergo DF esse [υ] αλ, & ipsam AC [φ] αλ.
φ. 11. def. 10. Q. E. D.

PROP. XL. THEOR.

Si duae rectae lineae potentia incommensurabiles AB, BC *componantur, quae faciant compositum quidem ex ipsarum quadratis rationale, quod autem sub ipsis continetur medium: tota recta linea* AC *irrationalis erit. Vocetur autem* maior.

χ. 22. 10. & sch. 13. 10. Nam AB × BC non ⊏ [χ] ABq + BCq. Ergo 2 AB × BC + ABq + BCq = ACq non
ψ. 17. 10. ω. 10. def. 10. ⊏ [ψ] ABq + BCq; & hinc [ω] ACq αλ, ac AC αλ. Q. E. D.

PROP. XLI. THEOR.

Si duae rectae lineae potentia incommensurabiles AB, BC *componantur, quae faciant compositum quidem ex ipsarum quadratis medium, quod autem sub ipsis continetur rationale: tota recta linea* AC *irrationalis erit. Vocetur autem* rationale ac medium potens.

Nam,

Nam, quia $AB \times BC$ non $\asymp^{\alpha}$ $ABq + BCq$, ideoque ACq non $\asymp^{\beta}$ $AB \times BC$: erit ACq $\alpha\lambda^{\gamma}$, ac ergo AC $\alpha\lambda$. Q. E. D.

α. sch. 13. 10. & 22. 10.
β. 4. 2. & 17. 10.
γ. 10. def. 10.

PROP. XLII. THEOR.



Si duae rectae lineae potentia incommensurabiles AB, BC *componantur, quae faciant compositum ex ipsarum quadratis medium, & quod sub ipsis continetur medium, & adhuc incommensurabile composito ex ipsarum quadratis: tota recta linea* AC *irrationalis erit. Vocetur autem* bina media potens.

Exponatur ρ DE, & fiat$^{\delta}$ Rgl. $DEF = ABq + BCq$, & Rgl. $GFH = 2\,AB \times BC$. Totum ergo $DH^{\epsilon} = ACq$, & $^{\zeta}$ DF medium, ideoque$^{\eta}$ EF ρ. Eadem ratione FH ρ. Sed quia DF non $\asymp^{\vartheta}$ GH: erit EF non $\asymp^{\iota}$ FH, & ergo EF, FH ρ ϵ erunt, atque$^{\kappa}$ EH $\alpha\lambda$ ex binis nominibus erit. Hinc, quia DE ρ, est DH^{λ} $\alpha\lambda$, & AC^{μ} $\alpha\lambda$. Q. E. D.

δ. 45. 1.
ε. 4. 2.
ζ. cor. 24. 10.
η. 23. 10.
ϑ. hyp.
ι. 10. 10.
κ. 37. 10.
λ. sch. 21. 10.
μ. 11. def. 10.

Schol. At vero dictas irrationales vno tantum modo diuidi in rectas lineas, ex quibus componuntur, & quae propositas species constituunt, mox demonstrabimus.

PROP. XLIII. THEOR.

Quae ex binis nominibus AB *ad vnum duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas; diuidatur etiam ad D in nomina. Sed nequit esse DB = AC. Sic enim foret BC = AD, & AC : CB = BD : DA, hoc est AB in D similiter foret diuisa ac in C; id quod non ponitur. Quum ergo AB in partes inaequales ad C, & D secta sit, quarum maior sit AC: [υ] erit 2 AD × DB − 2 AC × CB = ACq + CBq − (ADq + DBq). Sunt autem [ξ] ACq, CBq, ADq, DBq ῥ, ideoque ACq + CBq, & ADq + DBq [ο] differunt rationali. Quare & media 2 AD × DB ac 2 AC × CB [π] different rationali. Q. E. A. [ρ]

υ. 4. sch. 5. 2.
ξ. hyp. & 37. 10.
ο. sch. 27. 10.
π. 37. 10. & 22. 10.
ρ. 27. 10.

PROP. XLIV. THEOR.

Quae ex binis mediis prima AB *ad vnum duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas, sit AB etiam in D diuisa in alia nomina AD, DB, quae erunt [σ] mediae € & continentes ῥ. Sunt vero & AC, CB [σ] mediae rationale continentes, & differentiae inter 2 AD × DB & 2 AC × CB = [τ] differentia inter summam ACq + CBq & summam ADq + DBq. Ergo erit haec differentia [υ] rationale spatium. Q. E. A. [φ]

σ. 38. 10.
τ. 4. sch. 5. 2.
υ. sch. 27. 10.
φ. 27. 10. & cor. 24. 10.

PROP.

PROP. XLV. THEOR.



Quae ex binis mediis secunda AB *ad vnum duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas, diuidatur etiam in D, & sit AC non aequalis ipsi BD, sed ea e. gr. maior. Ergo tam AC & CB, quam AD & DB sunt[κ] mediae Є & media continentes; ac $ACq + CBq >$[ψ] $ADq + DBq$. Exponatur ρ EF, ad quam applicetur Rgl. $EK = ABq$, & Rgl. $EG = ACq + CBq$, & Rgl. $EL = ADq + DBq$. Ex quo sequitur Rgl. $HK =$[ω] $2\ AC \times BC$, & Rgl. $MK = 2\ AD \times DB$. Quia autem mediae Є sunt AC, CB: erit EG[α] medium, ideoque[β] EH ρ Є EF. Eadem ratione HN est ρ Є EF. Verum AC Є CB, & proinde $ACq + CBq$ id est EG non $\precsim$[γ] ipsi $2\ AC \times CB$ id est ipsi HK, & idcirco EH non $\precsim$ HN. Patet itaque EH, HN esse ρ Є, & ergo[δ] EN ∝ ex binis nominibus, & diuisam in nomina in puncto H. Sed eodem modo ostendetur, EN etiam ad M diuisam esse in nomina. Neque tamen est $MN = EH$, quoniam $EG = ACq + CBq > ADq + DBq > 2\ AD \times DB = MK$. Ergo EN quae ex binis nominibus ad duo puncta in nomina diuisa est. Q. E. A[ε].

κ. 39. 10.
ψ. 3. sch. 5. 2.
ω. 4. 2.
α. cor. 24. 10. & 16. 10.
β. 23. 10.
γ. cor. 27. 10.
δ. 37. 10.
ε. 43. 10.

PROP. XLVI. THEOR.



Maior AB *ad idem duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas: diuidatur ad aliud punctum D in nomina AD, DB, ab ipsis CB, AC diuer-
ζ 40. 10. sa. Erit ergo[ζ] ACq + CBq ρ, item ADq + DBq ρ, media vero erunt AC × CB, & AD × DB. Proinde, quum ACq +
η. sch. 27. 10. CBq — (ADq + DBq)[η] sit ρ, & =[θ] 2 AD
θ. 4. sch. 5. 2. × DB — 2 AC × CB; erit differentia inter media AD × DB & AC × CB rationale
ι. 27. 10. spatium. Q. E. A'.

PROP. XLVII. THEOR.

Rationale ac medium potens AB *ad vnum duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas, diuidatur etiam ad D. Erunt
κ. 41. 10. ergo ACq + CBq, & ADq + DBq media[κ], sed AC × CB, ac AD × DB rationalia. Quare, quum ACq + CBq — (ADq + DBq)
λ. 4. sch. 5. 2. =[λ] 2 AD × DB — 2 AC × CB, haec autem
μ. sch. 27. 10.
ν. 27. 10. differentia[μ] sit ρ: erit & illa ρ. Q. E. A'.

PROP. XLVIII. THEOR.



Bina media potens AB *ad vnum duntaxat punctum* C *diuiditur in nomina* AC, CB.

Si negas, diuidatur etiam in nomina AD, DB, diuersa ab illis, ita vt sit e. gr. AC > DB. Ad rationalem EF appli-

applicentur Rgl. $EG = ACq + CBq$, $EK =$ ABq, & $EL = ADq + DBq$. Ergo $HK =$[ξ] ξ. 4. 2.
$2\ AC \times CB$, & $MK = 2\ AD \times DB$. Sed quia ponitur[ο] $ACq + CBq$ medium, erit & EG ο. 42. 10.
medium, & proinde[π] HE ῥ. Eodem argu- π. 23. 10.
mento HN est ῥ. Quia vero & ponitur ACq
$+ CBq$ non ⊏[ο] $2\ AC \times CB$: erit EH non ⊏[ρ] ρ. 10. 10. & 1. 6.
HN. Itaque EH, HN erunt ῥ ϵ[σ]; & EN ex σ. sch. 12. 10.
binis nominibus est[τ], atque diuisa in nomina τ. 37. 10.
in puncto H. Atqui similiter ostendetur, quia & $ADq + DBq$ nec non $AD \times DB$ media non ⊏ ponuntur, eandem EN etiam ad M in nomina diuidi, ita vt MN, EH inaequalia sint. υ. 43. 10.
Q. E. A[υ].

DEFINITIONES SECVNDAE.

1. Exposita rationali, & quae ex binis nominibus diuisa in nomina, cuius maius nomen plus possit, quam minus, quadrato rectae lineae sibi longitudine commensurabilis: si quidem maius nomen expositae rationali commensurabile sit longitudine, tota dicatur *ex binis nominibus prima;*

2. Si vero minus nomen expositae rationali longitudine sit commensurabile, dicatur *ex binis nominibus secunda;*

3. Quod si neutrum ipsorum nominum sit longitudine commensurabile expositae rationali, vocetur *ex binis nominibus tertia.*

4. Rursus, si maius nomen plus possit, quam minus, quadrato rectae lineae sibi longitudine incommensurabilis: si quidem maius nomen

nomen expositae rationali sit commensurabile longitudine, dicatur *ex binis nominibus quarta;*

5. Si vero minus, dicatur *quinta;*

6. Quod si neutrum, dicatur *sexta.*

PROP. XLIX. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus primam.

φ. cor. lem. 1. 30. 10.



Exponantur [φ] duo numeri A, B ita vt A + B ad B quidem habeat rationem numeri quadrati ad quadratum, sed non ad A. Exponatur quoque ρ C, & ei Σ DE, & fiat [χ] A + B : A = DEq : EFq; erit DF quaesita.

χ. cor. 6. 10.

Nam quia ratio numeri A + B ad A non est ratio quadrati ad quadratum: erit EF ϵ [α] DE. Et quia DE ρ est [β]: erunt DE, EF $\rho\epsilon$; & idcirco DF erit [γ] ex binis nominibus. Porro quia A + B : A = DEq : EFq, & A + B > A: erit DEq > [δ] EFq, & DE > EF. Sit Gq = DEq — EFq. Et quia est conuertendo A + B : B = DEq : Gq : erit G id est √ (DEq — EFq) Σ [ε] DE. Est vero etiam DE Σ C. Ergo DF est ex binis nominibus [ζ] prima. Q. E. F.

α. cor. 11. 10.
β. 6. def. 10.
γ. 37. 10.
δ. sch. 16. 5.
ε. 9. 10.
ζ 1. def. sec.

PROP. L. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus secundam.

η. cor. lem. 1. 30. 10.



Exponantur [η] duo numeri A, B, ita vt A + B ad B quidem rationem habeat numeri quadrati ad

ad quadratum, non autem ad A, & sint C, FE $\rho \Sigma$, & fiat [ϑ] $A : A + B = FEq : EDq$. ϑ. cor. 6. 10.
Erit FD quaesita.

Quoniam enim ratio $A + B$ ad A non est quadrati numeri ad quadratum: erit [ι] ED $\in$ FE, & ergo [κ] erunt ED, FE $\rho \in$. Ex binis ergo nominibus erit FD. Praeterea vero quum, ob $A < A + B$, sit $FE <$ [λ] ED, & sit inuerse $A + B : A = DEq : FEq$, & conuertendo $A + B : B = EDq : EDq - FEq$: posito $Gq = EDq - FEq$, erit G id est $\sqrt{(EDq - FEq)}$ Σ [μ] ED. Est autem & minus nomen FE Σ C. Quare FD est ex binis nominibus secunda [ν]. Q. E. F.

ι. sch. 11. 10.
κ. 6. def. 10.
λ. sch. 16. 5.
μ. 9. 10.
ν. 2. def. sec.

PROP. LI. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus tertiam.

A 12 . B 4.
C 8.



Cape [ξ] tres numeros A, B, C, tales vt $A + B$ ad B quidem rationem quadrati numeri ad quadratum habeat, non autem ad A, C vero ad neutrum ipsorum A, $A + B$ talem habeat rationem. Accipe ρ D, & fac $C : A + B =$ [ο] $Dq : EFq$, & $A + B : A = EFq : FGq$. Erit EG quaesita.

ξ. cor. lem. 1. 30. 10.
ο. cor. 6. 10.

Etenim quia [π] D $\in$ EF, & [π] FG $\in$ EF, & hinc EF, FG ρ sunt, erit EG ex binis nominibus [ρ]. Et quum sit $C : A + B = Dq : EFq$, atque $A + B : A = EFq : FGq$, ideoque ex aequo $C : A = Dq : FGq$: erit [σ] FG non Σ D. Sed & EF non Σ D. Ergo neutrum nomen EF, FG Σ ρ D. Deinde quia $A + B > A$, erit [τ] $EF > FG$.

π. sch. 11. 10.
ρ. 37. 10.
σ. 9. 10.
τ. sch. 16. 5.

Sit

Sit autem $Hq = EFq - FGq$. Et quia est
σ. 9. 10. conuertendo $A + B : B = EFq : Hq$, erit H
υ. 3. def. sec. id est $\sqrt{(EFq - FGq)} \preceq^{\sigma} EF$. Quare [υ] EG
est ex binis nominibus tertia. Q. E. F.

PROP. LII. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus quartam.

φ. cor. lem. 1. 30. 10. A 10. B 6. Sume [φ] duo numeros A, B ita vt $A + B$ neque ad A neque ad B rationem *quadrati* numeri ad quadratum habeat, & expositae ρ C sume $\preceq$ DE,



χ. cor. 6. 10. & fac [χ] $A + B : A = DEq : EFq$. Erit DF quaesita.

ψ. 6. def. 6. Nam erit [ψ] DE ρ, & EF $\in^{\omega}$ DE, & ergo
ω. sch. 11. 10. α. sch. 12. 10. erunt DE, EF [α] $\rho \in$. Hinc DF erit [β] ex bi-
β. 37. 10. nis nominibus. Porro quia $A + B > A$, erit
γ. sch. 16. 5. $DEq >^{\gamma} EFq$. Sit $Gq = DEq - EFq$. Ergo
quia conuertendo $A + B : B = DEq : Gq$, non
δ. 9. 10. erit G id est $\sqrt{(DEq - EFq)}^{\delta} \preceq DE$. Est
ε. 4. def. sec. autem & DE $\preceq$ C. Ergo DF [ε] est ex binis nominibus quarta. Q. E. F.

PROP. LIII. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus quintam.

Fig. prop. praec. Expositis numeris A, B talibus, quales in praecedente erant, & recta ρ C, sume FE $\preceq$ C, & fac $A : A + B = FEq : EDq$: erit FD quaesita.

ζ. 6. def. 6. Etenim erit [ζ] FE ρ, & ED $\in^{\eta}$ FE, ideoque [θ]
η. sch. 11. 10. FE, ED erunt $\rho \in$. Hinc FD erit ex binis [ι]
θ. sch. 12. 10. ι. 37. 10. nominibus. Dein quia est inuertendo $A + B :$
$A =$

A = EDq : FEq : erit EDq [x] > FEq. Sit EDq — FEq = Gq. Conuertendo igitur erit A + B : B = EDq : Gq, & propterea G id est √ (EDq — FEq) non ≺ [λ] ED. Sed est quoque FE ≺ C. Ergo FD erit [μ] ex binis nominibus quinta. Q. E. F.

x. sch. 16. 5.
λ. 9. 10.
μ. 5. def. sec.

PROP. LIV. PROBL.

Inuenire ex binis nominibus sextam.

A 16. B 4.
C 12.



Exponantur duo numeri A, B ita [ν] vt A + B ad neutrum habeat rationem numeri quadrati ad quadratum, & alius C [ξ] non quadratus, qui nec ad A nec ad A + B rationem quadrati ad quadratum habeat. Exponatur etiam rationalis D, & fiat [o] C : A + B = Dq : EFq, & A + B : A = EFq : FGq. Erit EG quaesita.

ν. 2. lem. 30. 10. & 1. sch. 24. 8.
ξ. 2. sch. 24. 8.
o. cor. 6. 10.

Erit enim [π] EF ∈ D, & FG ∈ EF, ideoque, quum D ῥ sit, EF, FG ῥ ∈ erunt. Propterea [ρ] EG erit ex binis nominibus. Et quia A + B > A, erit EFq [σ] > FGq. Sit EFq — FGq = Hq. Iam conuertendo est A + B : B = EFq : Hq. Ergo H id est √ (EFq — FGq) non ≺ [τ] EF. Et quia ex aequo C : A = Dq : FGq, erit FG ∈ [π] D. Ergo neutrum nominum EF, FG ≺ D. Quare EG est ex binis nominibus [υ] sexta. Q. E. F.

π. sch. 11. 10.
ρ. 37. 10.
σ. sch. 16. 5.
τ. 9. 10.
υ. 6. def. sec.

LEM-

LEMMA.



Si duo quadrata AB, BC *ponantur ita, vt* DB *sit in directum ipsi* BE, *&* *compleatur* AC *parallelogrammum: dico* AC *quadratum esse, & inter quadrata* AB, BC *rectangulum* DG *medium esse proportionale, itemque inter ipsa* AC, CB *medium esse proportionale* DC.

Quia enim DB, BE in directum sunt: erunt
φ. 14. 1. & FB, BG[φ] in directum. Et quia DB = FB, & BE = BG, erit DE = FG. Sed quum AC pgr. sit, erit AH = KC = DE, & AK = CH = FG. Ergo AC aequilaterum est. Sed &
χ. sch. 29. 1. rectangulum[χ]. Ergo AC est quadratum. Se-
ψ. 1. 6. cundo, quia AB : DG =[ψ] FB : BG = DB : BE = DG : BC, patet DG esse medium proportionale inter AB, BC. Tertio, quia AC : DC =[ψ] AK : KD = KC : GC = DC : CB, patet ∻ AC, DC, CB. Q. E. D.

PROP. LV. THEOR.



Si spatium ABCD *contineatur sub rationali* AB *&* *ex binis nominibus prima* AD: *recta linea spatium* ABCD *potens irrationalis est, quae ex binis nominibus appellatur.*

Diuide AD in nomina ad E, & sit AE > ED.
ω. 1. def. sec. Ergo[ω] AE, ED ρ Є, & √ (AEq

(AEq — EDq) $\precsim$ AE, & AE $\precsim$ AB. Biseca ED in F, & ad AE applica Rgl. = EFq, & deficiens figura quadrata. Fiant ex applicatione partes AG, GE. Ergo AG $\times$ GE =$^{\alpha}$ EFq, & AG $\precsim^{\beta}$ GE. Duc ad AB parallelas GH, EK, FL, & pone quadratum SN = AH, & quadratum NQ = GK, ita vt MN, NO sint in directum, & comple Pgr. SQ. Ergo$^{\gamma}$ SQ = MOq, & $\div$ SN, MR, NQ. Atqui quum sit AG $\times$ GE = EFq, & ergo AG : EF $^{\delta}$= EF : GE : erit AH : EL =$^{\varepsilon}$ EL : GK, id est $\div$ SN, EL, NQ. Ergo EL = MR. Sed FC = EL = MR =$^{\zeta}$ CP. Ergo totum AC = toti SQ, ideoque recta MO potest AC. Et quia AG $\precsim$ GE: erunt AG, GE $\precsim^{\eta}$ AE, ergo & ipsi AB; & ergo AG, GE erunt $\dot{\rho}$, & ob id AH, GK$^{\vartheta}$ $\dot{\rho}$. Quoniam igitur & SN, NQ $\dot{\rho}$ sunt, erunt MN, NO $\dot{\rho}$. Quia vero AE $\precsim$ AG, & ED $\precsim$ EF, sed AE non $\precsim$ ED: nec erit AG $\precsim^{\iota}$ EF. Ergo AH non $\precsim^{\kappa}$ EL, & SN non $\precsim$ MR. Hinc, quia SN : MR = MN : NO, non erit MN $\precsim^{\kappa}$ NO. Quare MN, NO erunt $\dot{\rho}$ Є, & MO id est $\sqrt{}$ AC ex binis nominibus erit. Q. E. D.

α. 1. def. sec.
β. 18. 10.
γ. lemma praec.
δ. 17. 6.
ε. 1. 6.
ζ. 43. 1.
η. 16. 10.
θ. 20. 10.
ι. 13. 10.
κ. 10. 10.

PROP. LVI. THEOR.



Si ſpatium ABCD *contineatur ſub rationali* AB *& ex binis nominibus ſecunda* AD *: recta linea ſpatium* AC *potens irrationalis eſt, quae ex binis mediis prima appellatur.*

Iisdem enim conſtructis, quae in praecedente, eodem modo oſtendetur MO poſſe AC; & conſtabit etiam, AE, ED eſſe ρ ∈, & ED ≺ AB, & AG ≺ GE. Quum
λ ſch. 14.10. ergo [λ] AE ∈ AB, & AE ≺ [μ] vtrique ipſarum
μ. 16. 10. AG, GE: erunt [λ] AB, AG, GE ρ ∈, ideoque [ν]
AH, GK media; & proinde etiam quadrata
ν. ſch. 22.10. SN, NQ media erunt, & MN, NO mediae [ν].
ξ. 10. 10. Dein ob AG ≺ GE, erit AH ≺ [ξ] GK, id eſt SN ≺ NQ, vel MNq ≺ NOq. Sed quia AE ≺ AG, & ED ≺ EF, non tamen AE ≺ ED: nec erit AG ≺ EF; & hinc AH non ≺ [ξ] EL, vel SN non ≺ PO, ideoque non erit MN ≺ [ξ] NO. Erat autem MNq ≺ NOq. Quare MN, NO ſunt mediae ∈. Denique ob ED ≺
ο. 12. 10. AB, erunt [ο] EF, AB ρ ≺, ideoque [π] EL ρ, &
π. 20. 10. proinde MR = MN × NO ρ erit. Ex qui-
ς. 38. 10. bus omnibus patet MO, id eſt √ AC, eſſe [ς] ex binis mediis primam. Q. E. D.

PROP. LVII. THEOR.

Si spatium AC *contineatur sub rationali* AB *& ex binis nominibus tertia* AD: *recta linea spatium* AC *potens irrationalis est, quae appellatur ex binis mediis secunda.* Fig. prop. LVI.

Iisdem constructis, quae in prop. 55. eodem modo, quo antea, patebit, esse MO = √ AC, & MN, NO medias. Sed quia ρ ED non est ≍[σ] AB, EF autem ≍ ED, & AB = EK: erunt EF, EK ρ ∈, ideoque erit EL = MR medium[τ]. Est autem MR = MN × NO. Ergo √ AC est ex binis mediis secunda[υ]. Q. E. D.

σ. hyp.
τ. sch. 22. 10.
υ. 39. 10.

PROP. LVIII. THEOR.

Si spatium AC *contineatur sub rationali* AB *& ex binis nominibus quarta* AD: *recta linea spatium* AC *potens irrationalis est, quae vocatur maior.* Fig. prop. LVI.

Quoniam AD est ex binis nominibus quarta: [φ] erunt AE, ED ρ ∈, & √ (AEq — EDq) non erit ≍ AE, AE vero ≍ AB. Biseca ED in F, & fac omnia quae in prop. 55. Constat ergo MO = √ AC, & [χ] GE non ≍ AG. Hinc GK non ≍ [ψ] AH, id est [ω] NOq non ≍ MNq, ideoque MN θ∈ NO. Porro quia ρ AE ≍ AB: erit AK = AH + GK = [ω] MNq + NOq rationale [α]. Denique quia AE ≍ AB, & ED ≍ EF, non autem AE ≍ ED: non erit [β] EF ≍ AB vel EK, ergo erunt [γ] EF, EK ρ ∈, & ergo EF × EK [ω] = MN × NO erit medium [δ]. Vnde patet √ AC esse [ε] irrationalem maiorem. Q. E. D.

φ. 4. def. sec.
χ. 19. 10.
ψ. 1. 6. & 10. 10.
ω. constr.
α. 20. 10.
β. 14. 10.
γ. sch. 12. 10.
δ. 22. 10.
ε. 40. 10.

PROP. LIX. THEOR.



Si spatium AC *continetur sub rationali* AB *& ex binis nominibus quinta* AD: *recta linea spatium potens irrationalis est, quae vocatur rationale & medium potens.*

Constructis iisdem, iterum constat MO = √AC, & MN ⊖ NO. Porro, quia ED est minor portio ex binis no-
ζ. 5.def.sec. minibus quintae, est ED ⊏ [ζ] AB, non autem
η. 13. 10. & sch. 12. 10. AE ⊏ ED, sunt tamen AE, ED, AB ῥ. Ergo
[η] AE, AB ῥ ∈. Ergo AK = [ϑ] MNq + NOq
ϑ. constr. ι. 22. 10. medium [ι] erit. Denique, quia EF, AB ῥ ⊏, erit
κ. 20. 10. MN × NO = [ϑ] EL [κ] rationale. Quapropter √AC erit irrationalis rationale ac me-
λ. 41. 10. dium [λ] potens. Q. E. D.

PROP. LX. THEOR.

Fig. prop. LIX. *Si spatium* AC *contineatur sub rationali* AB *& ex binis nominibus sexta* AD: *quae spatium* AC *potest recta linea irrationalis est, quae vocatur bina media potens.*

Constructis iisdem, quae supra, patet esse
μ. 6 def.sec. MO = √AC, & MN ⊖ NO, & nec AE nec ED
ν. sch. 12. 10. ⊏ [μ] AB; itaque AE, AB ῥ ∈ [ν], & MNq + NOq
ξ. constr. = [ξ] AE × AB medium [ο]. Et, quia EF ⊏ ED,
ο. sch. 22. 10. non autem EK ⊏ ED, erunt [ν] EK, EF ῥ ∈, ideoque MN × NO = [ξ] EK × EF medium [ο] erit.

erit. Porro, quia AE non ς^{μ} EF, erit MNq + NOq non ς MR. Quare MO irrationalem esse bina media potentem$^{\pi}$ patet. Q. E. D. π. 42. 10.

L E M M A.



Si recta linea AB *in partes inaequales* AC, CB *secetur: ipsarum partium quadrata* ACq + CBq *maiora sunt rectangulo* 2 AC × CB, *quod bis sub dictis partibus continetur.*

Bisecetur enim AB in D: & erit$^{\rho}$ AC × CB + CDq = ADq. Hinc 2 AC × CB < 2 ADq, &, quia ACq + CBq$^{\sigma}$ = 2 ADq + 2 DCq, ACq + CBq > 2 AC × CB. Q. E. D. ρ. 5. 2. σ. 9. 2.

PROP. LXI. THEOR.



Quadratum eius AB, *quae est ex binis nominibus, ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus primam.*

Sit AC maius, CB minus nomen rectae AB. Fiat Rgl. DH = ACq, & Rgl. KL = BCq. Hinc erit MF =$^{\tau}$ 2 AC × CB. Bisecetur MG in N, & ad ML ducatur parallela NO. Ergo MO$^{\upsilon}$ = NF = AC × CB. Sed, quia $^{\varphi}$ AC, CB sunt ῥ Є, erunt ACq, CBq ῥ ς, ideoque ACq + CBq ς^{χ} vtrique ACq, BCq. Quoniam ergo ACq + CBq, id est DL, ῥ est$^{\psi}$: erit DM ῥ$^{\omega}$ & ς DE. Dein quia AC, τ. 4. 2. υ. 36. 1. φ. 37. 10. χ. 16. 10. ψ. sch. 12. 10. ω. 21. 10.



CB ρ ϵ, erit MF medium[α], & proinde MG[β] ρ non ≾ ML vel DE. Quare, quum DM ρ & ≾ DE, erunt DM, MG ρ ϵ[γ], & DG erit[φ] ex binis nominibus. Insuper, quia

α. sch. 22. 10.
β. 23. 10.
γ. 13. 10.
φ. 37. 10.

λ. lem. 55. 10. ÷÷[δ] ACq, AC × CB, CBq, ideoque ÷÷ DH, MO, KL, erit DK : MN =[ε] MN : KM, & ergo DK × KM =[ζ] MNq = $\frac{1}{4}$ MGq. Quia vero ACq ≾ CBq, & inde DH ≾ KL: erit DK ≾[η] KM. Et quia ACq + CBq[ϑ] > 2 AC × CB, ideoque DL > MF: patet esse DM > MG. Ergo[ι] √ (DMq — MGq) ≾ DM. Quare DG est ex binis nominibus prima[κ]. Q. E. D.

ε. 1. 6.
ζ. 17. 6.
η. 10. 10.
ϑ. lem. hui.
ι. 18. 10.
κ. 1. def. sec.

PROP. LXII. THEOR.

Fig. prop. LXI.

Quadratum eius AB, *quae est ex binis mediis prima, ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus secundam.*

Constructis quae in praecedenti propositione, erunt AC, CB mediae ϵ[λ], & AC × CB ρ. Ergo DL medium est, & DM ρ ϵ DE[μ]. Rursus quia MF = 2 AC × CB est ρ, erit[ν] MG ρ ≾ DE. Hinc[ξ] DM, MG erunt ρ ϵ, & ergo DG erit[ο] ex binis nominibus. Et quoniam, vt in antecedente, ostendetur DM > MG, & √ (DMq — MGq) ≾ DM: erit DG ex binis nominibus[π] secunda. Q. E. D.

λ. 38. 10.
μ. 23. 10.
ν. 21. 10.
ξ. sch. 14. 10.
ο. 37. 10.
π. 2. def. sec.

PROP.

PROP. LXIII. THEOR.

Quadratum eius AB, *quae est ex binis mediis secunda, ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus tertiam.* Fig. prop. LXI.

Constructis iisdem, quae ante, [ρ] erunt AC, CB mediae $\in$, & erit DL $=$ ACq $+$ CBq medium, & hinc DM ρ $\in$ DE. Similiter, quia AC $\times$ CB [ρ] medium est, erit MG ρ $\in$ DE. Sed, quia AC $\in$ CB, erit DL $=$ ACq $+$ CBq non $\lesssim$ [σ] MF $=$ 2 AC $\times$ CB, & ob id DM non $\lesssim$ MG. Sunt autem DM, MG ρ. Ergo DG est ex binis nominibus. Ostendetur autem vt antea DM $>$ MG, & $\sqrt{}$ (DMq — MGq) $\lesssim$ DM. Ergo erit DG [τ] ex binis nominibus tertia. Q. E. D.

ρ. 39. 10.
σ. cor. 27. 10.
τ. 3. def. sec.

PROP. LXIV. THEOR.

Quadratum maioris AB *ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus quartam.* Fig. prop. LXI.

Construantur eadem. Iam erit [υ] AC $\theta\in$ CB, & ACq $+$ CBq ideoque DL ρ, & AC $\times$ CB ideoque MF medium. Hinc DM, DE sunt ρ $\lesssim$ [φ], sed [χ] MG, DE ρ $\in$. Quare DM, MG sunt [ψ] ρ $\in$, & DG est [ω] ex binis nominibus. Sed vt ante ostendetur, esse DM $>$ MG, & DK $\times$ KM $=$ $\frac{1}{4}$ MGq. Quare quum ACq non $\lesssim$ CBq, & ergo DK non $\lesssim$ [α] KM, ideoque $\sqrt{}$ (DMq — MGq) [β] non $\lesssim$ DM: erit DG ex binis nominibus quarta [γ]. Q. E. D.

υ. 40. 10.
φ. 21. 10.
χ. 23. 10.
ψ. sch. 14. 10.
ω. 37. 10.
α. 10. 10 & 1. 6.
β. 19. 10.
γ. 4. def. sec.

PROP. LXV. THEOR.



Quadratum eius AB, *quae rationale ac medium potest, ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus quintam.*

Nam iisdem constructis constat DL = ACq

ε. 41. 10. + CBq medium esse[δ], MF vero = 2 AC × CB ρ, & hinc DM ρ non ⊏ DE, & MG ⊏ DE, ideoque DM, MG ρ Є. Ergo, reliquis vt in praecedente ostensis, patebit, DG esse ex binis nominibus quintam. Q. E. D.

PROP. LXVI. THEOR.

Fig. prop. LXV. *Quadratum eius* AB, *quae bina media potest, ad rationalem* DE *applicatum latitudinem* DG *facit ex binis nominibus sextam.*

ε. 42. 10. Nam quia DL, MF media[ε] sunt, & ob id

ζ. 23. 10. DM, MG ρ[ζ] & non ⊏ ipsi DE; quia praeterea DL non ⊏[ε] MF, & ob id DM, MG ρ Є, & DG ex binis nominibus; reliqua vero vt in prop. 64. ostenduntur: erit DG ex binis

η. 6. def. sec. nominibus sexta[η]. Q. E. D.

PROP. LXVII. THEOR.

Ei AB, *quae est ex binis nominibus, longitudine commensurabilis* CD *& ipsa ex binis nominibus est ordine eadem.*

Sit



Sit enim AE maius nomen
rectae AB. Ergo [ϑ] AE, EB ϑ. 37. 10.
sunt ρ ∈. Fiat [ι] AB : CD = ι. 12. 6.
AE : CF. Ergo EB : FD = [κ] κ. 19. 5.
AB : CD. Hinc [λ] AE ≾ CF, λ. 10. 10. μ. sch. 12. 10.
& EB ≾ FD, & ergo [μ] CF, FD ρ. Et quoni-
am AE : CF = EB : FD, & permutando AE :
EB = CF : FD, & AE ∈ EB : erit [ν] CF ∈ FD. ν. sch. 10. 10.
Quare CD est [ϑ] ex binis nominibus. Iam [ξ] si ξ. 15. 10.
√ (AEq — EBq) ≾ AE, erit & √ (CFq —
FDq) ≾ CF; si vero √ (AEq — EBq) non ≾
AE, neque √ (CFq — FDq) ≾ CF erit; & si
AE ≾ expositae rationali, erit & [ο] CF ≾ eidem; ο. 12. 10.
si EB ≾ expositae ρ, erit & [ο] FD ≾ eidem; si
neutra AE, EB ≾ expositae rationali, nec CF,
FD ≾ [π] eidem erunt. Ergo CD ex binis no- π. 14. 10.
minibus ordine eadem erit ipsi AB [ρ]. Q. E. D. ρ. def. sec.

PROP. LXVIII. THEOR.

Ei AB, *quae est ex binis mediis, longitudine* Fig. prop.
commensurabilis CD *&* *ipsa ex binis mediis est,* LXVII.
atque ordine eadem.

Sint AE, EB mediae in AB. Ergo [σ] AE ∈ σ. 38. & 39.
EB. Fiat AB : CD = AE : CF. Ergo EB : 10.
FD = AB : CD = AE : CF. Hinc erit EB
≾ FD, & AE ≾ CF, ideoque [τ] CF, FD mediae τ. 24. 10.
erunt. Et, quoniam AE : EB = CF : FD, erunt
CF, FD [υ] mediae ∈, & ob id CD ex binis me- υ. 1. sch.
diis erit [σ]. Iam, quia AE : EB = CF : FD, 10. 10.
erit AEq : AE × EB = [φ] CFq : CF × FD, & φ. 1. 6. &
permutando AEq : CFq = AE × EB : CF × 11. 5.
FD, ideoque [χ] AE × EB ≾ CF × FD. Si χ. 10. 10.

ψ. sch. 12. 10. igitur $AE \times EB$ ρ: erit & [ψ] $CF \times FD$ ρ: sin $AE \times EB$ medium; erit & $CF \times FD$ me-
ω. cor. 24. 10. dium [ω]. Ergo CD est ex binis mediis [σ] ordine eadem ipsi AB. Q. E. D.

PROP. LXIX. THEOR.

Maiori AB *commensurabilis* CD *& ipsa maior est.*



Factis enim iisdem quae supra, erit $AE : CF = EB : FD$
α. 10. 10. $= AB : CD$. Ergo [α] $AE \asymp CF$, & $EB \asymp FD$. Et quia permutando $AE : AB = CF : CD$: erit $AEq :$
β. 22. 6. $ABq =$ [β] $CFq : CDq$. Similiter $EBq : ABq$
γ. 24. 5. $= FDq : CDq$. Ergo [γ] $AEq + EBq : ABq = CFq + FDq : CDq$, & permutando $AEq + EBq : CFq + FDq = ABq : CDq$. Ergo $AEq + FBq \asymp$ [α] $CFq + FDq$. Est autem $AEq +$
δ. 40. 10. EBq ρ [δ]. Ergo [ε] $CFq + FDq$ ρ erit. Osten-
ε. sch. 12. 10. ditur autem vt in praecedente $CF \times FD \asymp AE \times EB$. Medium vero est $AE \times EB$ [δ].
ζ. cor. 24. 10. Ergo & $CF \times FD$ medium [ζ] erit. Denique,
η. 2. sch. 10. 10. quia AE $\theta\!\epsilon$ [δ] EB, erit & [η] CF $\theta\!\epsilon$ FD. Ergo [δ] CD maior erit. Q. E. D.

PROP. LXX. THEOR.

Fig. prop. LXIX. *Rationale ac medium potenti* AB *commensurabilis* CD *& ipsa rationale ac medium potens est.*

Constructis iisdem, similiter ostendemus CF $\theta\!\epsilon$ FD, & $CFq + FDq \asymp AEq + EBq$,
ι. 41. 10. & $CF \times FD \asymp AE \times EB$. Iam $AEq + EBq$ [ι] medium

medium eſt; ergo & [x] CFq + FDq. Et quia x. cor. 24. 10.
AE $\times$ EB [ι] ρ: erit CF $\times$ FD ρ [λ]. Et igi- λ. ſch. 12. 10.
tur CD erit rationale ac medium potens [ι].
Q. E. D.

PROP. LXXI. THEOR.

Bina media potenti AB *commenſurabilis* CD Fig. prop.
& ipſa bina media potens eſt. LXIX.

Nam vt in 69. demonſtrabimus, CF θɛ FD, & CFq + FDq ɛ AEq + EBq, & CF $\times$ FD ɛ AE $\times$ EB. Iam quia AEq + EBq, & AE $\times$ EB media [μ] ſunt, & AEq + EBq non ɛ μ. 42. 10.
AE $\times$ EB: erunt CFq + FDq & CF $\times$ FD
[ν] media, & erit CFq + FDq non ɛ [ξ] CF $\times$ ν. cor. 24. 10.
FD. Ergo CD erit bina media potens [μ]. ξ. 14. 10.
Q. E. D.

PROP. LXXII. THEOR.

Si rationale AB *& medium* CD *componantur: quatuor irrationales fiunt, vel quae ex binis nominibus, vel quae ex binis mediis prima, vel maior, vel rationale ac medium potens.*



Sit P = √ (AB + CD. Dico P fore vnam ex quatuor dictis irrationalibus.

Caſ. 1. Sit AB < CD. Ad EF ρ applicetur Rgl. EFG = AB, & Rgl. HGI = CD. Ergo erit EG ρ & FG ρ ɛ EF [ο]. HI vero erit ο. 21. 10.
medium, & GI ρ non ɛ EF [π]. Eſt vero EG π. 23. 10.
non

ϱ. cor. 24. 10. & hyp.



non $\asymp$[ϱ] HI, & EG:HI = FG : GI. Ergo FG non $\asymp$ GI, & idcirco FG, GI sunt ρ ϵ, & FI est ex binis nominibus. Et quia EG > HI: erit & FG > GI. Iam ponatur $\sqrt{}$ (FGq — GIq) $\asymp$ FG: & erit FI ex binis nominibus prima[σ]; & $\sqrt{}$ EI = $\sqrt{}$ AD = P ex binis nominibus[τ]. Ponatur $\sqrt{}$ (FGq — GIq) non $\asymp$ FG: & erit FI ex binis nominibus quarta[υ]; & P maior[φ].

σ. 1. def. sec. τ. 55. 10. υ. 4. def. sec. φ. 58. 10.

Caſ. 2. Sit AB < CD: & erit FG < GI; FI autem vt antea ex binis nominibus. Quare, poſita $\sqrt{}$ (GIq — FGq) $\asymp$ GI, erit P ex binis mediis[χ] prima. Poſita autem $\sqrt{}$ (GIq — FGq) non $\asymp$ GI, erit P rationale ac medium potens[ψ]. Q. E. D.

χ. 56. 10. ψ. 59. 10.

PROP. LXXIII. THEOR.

Fig. prop. LXXII.

Si duo media inter ſe incommenſurabilia AB, CD *componantur : duae reliquae irrationales ſiunt ; vel ex binis mediis ſecunda, vel bina media potens.*

ω. 23. 10. α. hyp. β. 10. 10.

Factis iisdem quae in praecedente, [ω] erit nec FG nec GI $\asymp$ EF, vtraque tamen erit ρ. Et quia EG non $\asymp$[α] HI, ideoque FG non $\asymp$[β] GI: erunt FG, GI ρ ϵ, & hinc FI ex binis nominibus erit, quorum neutrum $\asymp$ rationali EF.

Caſ. 1.

Caf. 1. Iam si fuerit $AB > CD$, ideoque $FG > GI$, & $\sqrt{(FGq - GIq)} \asymp FG$: erit FI ex binis nominibus tertia, & hinc P [γ] ex binis mediis secunda. Sin $\sqrt{(FGq - GIq)}$ non $\asymp FG$: erit P bina media [δ] potens.

γ. 57. 10.
δ. 60. 10.

Caf. 2. Si fuerit $AB < CD$: similiter demonstrabitur, P aut ex binis mediis secundam, aut bina media potentem esse. Q. E. D.

Corollarium.

Quae ex binis nominibus, & quae post ipsam sunt (prop. 38. 39. 40. 41. 42.) irrationales, neque mediae neque inter se eaedem sunt. Quadratum enim, quod fit a media, ad rationalem applicatum latitudinem efficit rationalem; quod autem fit ab ea, quae est ex binis nominibus, ad rationalem applicatum latitudinem efficit ex binis nominibus primam; quod ab ea, quae est ex binis mediis prima, ad rationalem applicatum latitudinem efficit ex binis nominibus secundam; & sic deinceps (prop. 63. 64. 65. 66). Quoniam igitur dictae latitudines differunt, & a prima, & inter sese, a prima quidem, quod rationalis sit, inter sese vero, quod ordine non sint eaedem: constat & ipsas irrationales inter se differentes esse.

Principium Senariorum per detractionem.

PROP. LXXIV. THEOR.

Si a rationali AC *rationalis* AB *auferatur, potentia solum commensurabilis existens toti* AC: *reliqua* BC *irrationalis est. Vocetur autem* Apotome.

Nam $2\,AC \times AB$ non $\asymp$ [ε] $ACq + ABq$, & ob id [ζ] BCq non $\asymp ACq + ABq$. Hinc, quia

ε. cor. 27. 10.
ζ. 7. 2. & cor. 17. 10.

η. sch. 27. 10. quia ACq + ABq ῥ[η] est, erit BCq ἀλ, & ergo BC ἀλ. Q. E. D.

PROP. LXXV. THEOR.

A B C

Si a media AC *media* BC *auferatur, potentia solum commensurabilis existens toti* AC, *quae cum tota* AC *rationale continet: reliqua* AB *irrationalis est. Vocetur autem* mediae apotome prima.

θ. cor. 27. 10. Nam ACq + BCq [θ] non ς 2 AC × CB, &
ι. 7. 2 & 17. 10. ergo ABq non ς[ι] 2 AC × CB, ac ob id AB[κ]
κ. 11. def. 10. ἀλ. Q. E. D.

PROP. LXXVI. THEOR.

Si a media AC *media* CB *auferatur, potentia solum commensurabilis existens toti* AC, *quae cum tota* AC *medium continet: & reliqua* AB *irrationalis est. Vocetur autem* mediae apotome secunda.



Exponatur ῥ DE, ad quam applicetur Rgl. DEK = 2 AC × BC, & Rgl. DEF = ACq + CBq.
λ. 7. 2. Erit itaque [λ] HF = ABq. Et quia ACq
μ. 16. 10 & cor. 24. 10. + CBq medium [μ] est, nec non AC × CB: erunt DF, DK me-
ν. 23. 10. dia, & proinde [ν] EF, EK ῥ. Sed quia AC Ɛ
ξ. cor. 27. 10. CB, & ob id [ξ] ACq + CBq non ς 2 AC ×
ο. 1. 6. & 10. 10. CB: erit [ο] FE non ς EK. Ergo EF, EK erunt ῥ Ɛ,

ῥε, & ergo KF [π] αλ, & ipſum HF [ρ] αλ, & ob id quoque AB [σ] αλ erit. Q. E. D.

π. 74. 10.
ρ. ſch. 21. 10.
σ. 11. def. 10.

PROP. LXXVII. THEOR.

Si a recta linea AC *recta linea* CB *auferatur, potentia incommenſurabilis exiſtens toti* AC, *quae cum tota faciat compoſitum quidem ex ipſarum quadratis* ACq + CBq *rationale, quod autem ſub ipſis continetur* AC × CB *medium: reliqua* AB *irrationalis eſt. Vocetur autem* minor.

Nam quia ACq + CBq non ξ [τ] 2 AC × CB: erit & ACq + CBq non ξ [υ] ABq. Quare AB [φ] erit αλ. Q. E. D.

τ. ſch. 13. 10.
υ. cor. 17. 10.
φ. 11. def. 10.

PROP. LXXVIII. THEOR.



Si a recta linea AC *recta linea* CB *auferatur potentia incommenſurabilis exiſtens toti* AC, *& cum tota faciens compoſitum quidem ex ipſarum quadratis* ACq + CBq *medium, quod autem ſub ipſis bis continetur* 2 AB × CB *rationale: reliqua* AB *irrationalis eſt. Vocetur autem* cum rationali medium totum efficiens.

Nam quia ACq + CBq non ξ [χ] 2 AC × CB: erit ABq non ξ [ψ] 2 AC × CB, & hinc AB [ω] αλ. Q. E. D.

χ. ſch. 13. 10.
ψ. 17. 10.
ω. 11. def. 10.

PROP.

PROP. LXXIX. THEOR.



Si a recta linea AC *recta linea* CB *auferatur potentia incommensurabilis existens toti* AC, *& cum tota faciens compositum quidem ex ipsarum quadratis* ACq + CBq *medium, quod autem sub ipsis bis continetur* 2 AC × CB *medium*, *& adhuc ipsarum quadrata* ACq + CBq *incommensurabilia ei* 2 AC + CB *quod bis continetur sub ipsis: reliqua* AB *irrationalis est. Vocetur autem* cum medio medium totum efficiens.

Ad ῥ DE applica Rgl. DEH = ACq +
α. 7. 2. CBq, & Rgl. DEF = 2 AC × CB. Ergo
β. 23. 10. γ. 10. 10. & 1. 6. GH =[α] ABq, & EH, EF sunt ῥ[β], & DH
non ⊏ DF. Propterea EH non ⊏[γ] EF, ideo-
δ. 74. 10. ε. sch. 21. 10. que EH, EF ῥ Є sunt; ex quo sequitur FH[δ]
ζ. 11. def. 10. esse αλ, & GH[ε] αλ, & AB[ζ] αλ. Q. E. D.

PROP. LXXX. THEOR.



Apotomae AB *vna tantum congruit recta linea* BC *potentia solum commensurabilis existens toti* AC.

η. 74. 10. Si negas: congruat alia BD, ita vt[η] AD, DB
sint ῥ Є. Et quia ADq + DBq = 2 AD ×
θ. 7. 2. DB +[θ] ABq, ACq + CBq = 2 AC × CB
+ ABq: erit ADq + DBq — (ACq + CBq)
= 2 AD × DB — 2 AC × CB. Sed quia
ι. sec. 27. 10. etiam AC, CB sunt[η] ῥ Є, & hinc[ι] ADq +
DBq — (ACq + CBq) ῥ: erit & 2 AD ×
DB

DB $-$ 2 AC $\times$ CB $\dot{\rho}$. Q. E. A [κ], quia AD κ. 27. 10.
$\times$ DB & AC $\times$ CB media [λ] ſunt. λ. ſch. 22. 10.

PROP. LXXXI. THEOR.

Mediae apotomae primae AB *vna tantum congruit recta linea media* BC, *potentia ſolum commenſurabilis exiſtens toti* AC, *& cum tota rationale continens.* Fig. prop. LXXX.

Si negas: ſit AB etiam mediae AD apotome prima. Ergo erunt [μ] AD, DB mediae Є, μ. 75. 10.
& AD $\times$ DB $\dot{\rho}$. Erit autem vt antea ADq
$+$ DBq $-$ (ACq $+$ CBq) $=$ 2 AD $\times$ DB
$-$ 2 AC $\times$ CB. Et quia ADq $+$ DBq me- ν. cor. 24. 10.
dium [ν] eſt, nec non ACq $+$ CBq [ξ]; ratio- ξ. 24. 10 & cor. ejusd.
nalia autem ſunt 2 AD $\times$ DB & [o] 2 AC $\times$ CB: o. hyp.
medium ſuperat medium rationali [π]. Q.E.A [ρ]. π. ſch. 27. 10. ρ. 27. 10.

PROP. LXXXII. THEOR.



Mediae apotomae ſecundae AB *vna tantum congruit recta linea media* BC, *potentia ſolum commenſurabilis exiſtens toti* AC, *& cum tota medium continens.*

Si negas: ſit AB etiam apotome ſecunda
mediae AD, id eſt, ſint [σ] AD, DB mediae Є, σ. 76. 10.
& medium continentes. Ad $\dot{\rho}$ EF applicetur
Rgl. EFG $=$ ACq $+$ CBq, & auferatur Rgl.
HLG $=$ 2 AC $\times$ CB, vel EL $=$ [τ] ABq. τ. 7. 2.
Ad eandem EF applicetur quoque Rgl. EFI

 $=$ ADq



τ. 7. 2. = ADq + DBq: & erit HI =[τ] 2 AD
υ. hyp. & 24. 10. × DB. Et quia AC, CB mediae ϵ[υ]
φ. 16. 10. & cor. 24. 10. sunt: erit ACq + CBq medium[φ], & ergo EG medium
χ. 23. 10. erit, & FG ρ ϰ. Rursus quia AC × CB, & hinc etiam HG, medium est: erit LG ρ ϰ. Sed
ψ. cor. 27. 10. quia AC ϵ CB: erit[ψ] ACq + CBq non ≍ 2 AC × CB, id est, EG non ≍ HG; & ob id
ω. 1. 6. & 10. 10. FG non ≍[ω] LG. Quare FG, LG sunt ρ ϵ.
α. 74. 10. Proinde[α] FL est apotome rectae FG. Similiter autem demonstrabimus, esse & FL apo-
β. 80. 10. tomen rectae FI. Q. E. A[β].

PROP. LXXXIII. THEOR.



Minori AB *una tantum congruit recta linea* BC, *potentia incommensurabilis existens toti* AC, *& cum tota faciens compositum quidem ex ipsarum quadratis* ACq + CBq *rationale, quod autem bis sub ipsis continetur* 2 AC × CB *medium.*

γ. 77. 10. Si negas: congruat BD. Ergo[γ] AD ⊖ϵ DB, & ADq + DBq ρ, & 2 AD × DB me-
δ. 7. 2. dium erit. Et quia ADq + DBq =[δ] 2 AD × DB + ABq, & ACq + CBq = 2 AC × CB + ABq: erit ADq + DBq — (ACq + CBq) = 2 AD × DB — 2 AC × CB. Ergo
ε. sch. 27. 10. medium 2 AD × DB superabit medium 2 AC
ζ. 27. 10. × CB rationali[ε]. Q. E. A[ζ].

PROP.

PROP. LXXXIV. THEOR.

Ei AB, *quae cum rationali medium totum facit, vna tantum congruit recta linea* BC *potentia incommensurabilis existens toti* AC, *&* *cum tota faciens compositum quidem ex ipsarum quadratis* ACq + CBq *medium, quod autem bis sub ipsis continetur* 2 AC $\times$ CB *rationale.* Fig. prop. LXXXIII.

Si negas: congruat quoque BD. Ergo[y] ADq + DBq medium, & 2 AD $\times$ DB ϸ erit. Et quia vt antea ADq + DBq — (ACq + CBq) = 2 AD $\times$ DB — 2 AC $\times$ CB =[9] ϸ: medium ADq + DBq superabit medium ACq + CBq rationali. Q. E. A[ι].

y. 78. 10.
9. sch. 27. 10.
ι. 27. 10.

PROP. LXXXV. THEOR.

Ei AB, *quae cum medio medium totum facit, vna tantum congruit recta linea* BC, *potentia incommensurabilis existens toti* AC, *&* *cum tota faciens compositum quidem ex ipsarum quadratis* ACq + CBq *medium, quod autem bis sub ipsis continetur* 2 AC $\times$ CB *medium, &* *adhuc incommensurabile composito ex quadratis ipsarum.* Fig. prop. LXXXII.

Si negas: congruat etiam BD, ita vt AD ƐƐ DB, & medium 2 AD $\times$ DB non ⊏ medio ADq + DBq. Fiant eadem quae in propositione LXXXII; & simili ratione, ac ibi, demonstrabitur, eandem FL esse apotomen duarum FG, FI. Q. E. A[x]. x. 80. 10.

DEFINITIONES TERTIAE.

1. Expoſita rationali & apotoma, ſi quidem tota plus poſſit, quam congruens, quadrato rectae lineae ſibi commenſurabilis longitudine; ſitque tota expoſitae rationali longitudine commenſurabilis: vocetur *apotome prima.*

2. Si vero congruens ſit longitudine commenſurabilis expoſitae rationali; & tota plus poſſit, quam congruens, quadrato rectae lineae ſibi commenſurabilis longitudine: vocetur *apotome ſecunda.*

3. Quod ſi neutra ſit longitudine commenſurabilis expoſitae rationali; & tota plus poſſit, quam congruens, quadrato rectae lineae ſibi commenſurabilis longitudine: dicatur *apotome tertia.*

4. Rurſus ſi tota plus poſſit, quam congruens, quadrato rectae lineae ſibi incommenſurabilis longitudine: ſi quidem tota ſit longitudine commenſurabilis expoſitae rationali, vocetur *apotome quarta;*

5. Si vero congruens, vocetur *apotome quinta;*

6. Quod ſi neutra, dicatur *apotome ſexta.*

PROP. LXXXVI. PROBL.

Inuenire primam apotomen.



Expoſitae rationali C fiat ≤ DF. Capiantur [λ] duo numeri A, B quadrati, ita vt A — B non ſit quadratus, & fiat [μ] A : A — B

λ. cor. 1. lem. 30. 10.

μ. cor. 6. 10.

$A - B = DFq : FEq$. Dico DE esse apotomen primam.

Nam quia $DF \preceq C$: erit $DF\ \rho$. Et quia DFq ad EFq rationem numeri ad numerum, sed non quadrati ad quadratum, habet: erit[v] $EF \in DF$; & ergo erunt EF, $DF\ \rho \in$, & DE apotome[ξ] erit. Sit autem $G = \sqrt{(DFq - FEq)}$. Iam quia $A : A - B = DFq : EFq$, erit conuertendo $A : B = DFq : Gq$, & ob id[o] $G = \sqrt{(DFq - FEq)} \preceq DF$. Ergo DE est apotome prima[π]. Q. E. F.

v. cor. 11. 10.
ξ. 74. 10.
o. 9. 10.
π. 1. def. tert.

PROP. LXXXVII. PROBL.

Inuenire secundam apotomen.

Expositae ρ Ç sit $\preceq EF$, & exponantur numeri A, B quadrati, ita vt $A - B$ non sit quadratus, & fiat $A - B : A = EFq : FDq$. Erit DE apotome secunda.

Fig. prop. LXXXVI.

Nam, quia $EF \preceq C$, erit $EF\ \rho$; & vt antea ostendemus, DE apotomen esse, atque $\sqrt{(DFq - FEq)} \preceq DF$. Quare patet DE esse apotomen secundam[ρ]. Q. E. F.

ρ. 2. def. tert.

PROP. LXXXVIII. PROBL.

Inuenire tertiam apotomen.

A 16. B 12.
C 8.



Exponantur ρ D, & tres numeri A, B, C non habentes inter se rationem quadrati ad quadratum; A vero ad $A - B$ habeat talem rationem. Fiat $C : A = Dq : EGq$, & $A : B = EGq : GFq$. EF erit apotome tertia.

Nam



σ. 6. 10. Nam quia EGq $\precsim$ [σ] Dq: erit EG ρ. Hinc, quia GF

τ. cor. 11. 10. ε [τ] EG, erunt EG, GF ρ ε,

υ. 74. 10. & EF erit [υ] apotome. Deinde quia ex aequo C : B = Dq : GFq, non erit GF

φ. 9. 10. $\precsim$ D [φ]. Similiter quia C : A = Dq : EGq, nec EG $\precsim$ D. Sit autem Hq = EGq — GFq. Et quia conuertendo A : A — B = EGq : Hq, erit H id est $\sqrt{}$ (EGq — GFq) $\precsim$ [φ] EG. Ex

χ. 4. def. tert. quibus omnibus sequitur EF esse apotomen quartam [χ]. Q. E. F.

PROP. LXXXIX. PROBL.

Inuenire quartam apotomen.



Exponantur duo numeri A, B, tales vt A + B ad neutrum rationem quadrati ad quadratum habeat. Expositae ρ C fiat $\precsim$ DF, & A + B : B = DFq : FEq : erit DE quaesita.

ψ. 6. def. 10. Quia enim DF ρ [ψ] est: erit & FE ρ [ω]; &

ω. 6. 10. & sch. 12. 10. ob id DF, FE erunt ρ ε [α]. Erit ergo DE [β]

α. cor. 11. 10. apotome. Sit Gq = DFq — FEq. Et quia

β. 74. 10. est conuertendo A + B : A = DFq : Gq : erit

γ. 9. 10. G id est $\sqrt{}$ (DFq — FEq) non $\precsim$ [γ] DF. Er-

δ. 4. def. tert. go DE erit apotome [δ] quarta. Q. E. F.

PROP. XC. PROBL.

Fig. prop. LXXXIX. *Inuenire quintam apotomen.*

Exponatur duo numeri A, B, ita vt A + B ad neutrum habeat rationem quadrati ad quadratum.

dratum. Expositae ρ̇ C fiat $\asymp$ EF, & B : A + B = FEq : FDq. Erit DE quaesita.

Quia enim, vt in praecedente, patet DE apotomen esse, & $\surd$ (DFq — FEq) non $\asymp$ DF; EF autem $\asymp$ ρ̇ C facta est: erit DE apotome quinta[ε]. Q. E. F. ε. 5. def. tert.

PROP. XCI. PROBL.

Inuenire sextam apotomen.

Exponantur ρ̇ D, & tres numeri A, B, C, tales vt nec inter se rationem numeri quadrati ad quadratum habeant, nec A ad A — B eam habeat rationem; & fiat C : A = Dq : EGq, & vt A : B = EGq : GFq : erit EF quaesita.

A 12. B 5. C 10.



Ostendetur enim, vt in prop. 88. EF apotomen, & nec EG nec GF ipsi D $\asymp$ esse. Sit autem H = $\surd$ (EGq — GFq). Atqui quum sit A : B = EGq : GFq, & ergo conuertendo A : A — B = EGq : Hq: patet etiam, non ζ esse H id est $\surd$ (EGq — GFq) $\asymp$ EG. Ergo EF erit[η] apotome sexta. Q. E. F. ζ. 9. 10. η. 6. def. tert.

Scholium.

Sed & expeditius sex dictarum linearum inuentionem ostendere licet. Si enim oporteat inuenire primam apotomen: exponatur[ϑ] ex binis nominibus prima AB, cuius maius nomen sit AC, & fiat CD = CB. Ergo[ι] AC, CB hoc est AC, CD sunt ρ̇ Є, & $\surd$ (ACq — CDq) $\asymp$ AC, & AC expositae rationali $\asymp$ est; & igitur[κ] AD est apotome prima. Similiter ϑ. 49. 10. ι. 1. def. sec. κ. 1. def. tert.

militer & reliquas apotomas inueniemus, eas quae sunt ex binis nominibus eiusdem ordinis exponentes.

PROP. XCII. THEOR.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC *& apotoma prima* AD: *recta linea spatium* AB *potens apotome est.*



λ. 74. 10. μ. 1. def. tert. Sit ipsi AD congruens DG. Ergo [λ] AG, GD sunt ρ Є, & AG ≲[μ] ρ AC, & $\surd$(AGq — GDq) ≲ AG. Ad AG applicetur Rgl. = ¼ DGq = DEq deficiens figura quadrata. Secet hoc ipsam AH in partes AF, FG.
ν. 18. 10. ξ. 16. 10. Ergo AF ≲[ν] FG, & ob id AG ≲[ξ] tam AF quam FG. Quare tam
ο. 12. 10. AF quam FG ≲[ο] AC erit ρ[π], & ergo AI, FK
π. 6. def. 6. ρ erunt[ρ]. Deinde quia DE = ½ EG: erunt
ρ. 20. 10. DE, EG ≲ DG. Sed DG ρ non ≲[μ] AC: ergo DE, EG, AC erunt ρ Є, & ergo DH, EK
σ. sch. 22. 10. media[σ]. Fiat quadratum LM = AI, & auferatur quadratum NO = FK, communem cum toto angulum LPM habens. Erunt ergo LM,
τ. 26. 6. NO circa eandem[τ] diametrum RQP. Descripta ergo reliqua figura, erit & ST quadratum[υ],
υ. 1. cor. 4. 2. φ. lem. 18. 10. Iam, quia [φ] AF × FG = EDq = EGq, erit
χ. 17. 6. AF : EG =[χ] EG : FG, & ob id ÷÷ AI, EK, FK.
ψ. lem. 55. 10. Sed sunt quoque[ψ] ÷÷ LM, MN, NO. Quare

MN

MN (= LO) = EK = DH, & proinde DK = gnom. VXY + NO. Sed AK = LM + NO. Ergo AB = ST = LNq. Denique quia AI, FK ρ sunt: erunt &, quae illa possunt, LP, PN ρ [α]. Sed quia LO = EK medium non ≍ [α] NO, & propterea LP non ≍ [α] PN: erunt LP, PN ρ Є, & ergo LN id est √ AB apotome erit. Q. E. D.

α. sch. 12. 10.
α. 1. 6. & 10. 10.

PROP. XCIII. THEOR.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC *& apotoma secunda* AD: *recta linea spatium* AB *potens mediae est apotome prima.*

Fig. prop. XCII.

Sit enim ipsi AD congruens DG. Ergo [β] AG, GD sunt ρ Є, & DG est ≍ AC, & √(AGq — GDq) ≍ AG, & AG non ≍ AC. Iam factis iisdem, quae in propositione praecedente: erit tam AF quam FG ≍ AG, sed non ≍ [γ] AC, & proinde AF, AC erunt ρ Є, item FG, AC; & igitur [δ] AI, FK, & iis aequalia LM, NO media erunt, & LP, PN mediae. Et quia AF : FG = AI : FK = LM : NO, AF vero ≍ FG [ε]: erunt PL, PN mediae Є [ζ]. Denique quum ob EG ≍ DG ≍ ρ AC, sit EK ρ; &, vt antea, demonstretur LO = EK: patet, LP, PN rationale continere. Quare LN id est √ AB erit mediae apotome prima [η]. Q. E. D.

β. 2. def. tert.
γ. 14. 10.
δ. sch. 22. 10.
ε. 18. 10.
ζ. 10. 10.
η. 75. 10.

PROP. XCIV. THEOR.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC *& apotome tertia* AD: *recta linea spatium potens mediae est apotome secunda.*



Nam primo vt in praecedente propositione ostendetur, LP, PN esse medias Є. Deinde quia DG ρ est non Σ[ϑ] AC, EG vero Σ[ι] DG; erunt EG, AC ρ Є, & EK[κ] medium erit, & igitur[ι] quoque LO. Quare quum LP, PN medium contineant: erit LN id est √ AB mediae apotome secunda[λ]. Q. E. D.

ϑ. 3. def. tert.
ι. constr.
κ. sch. 22. 10.
λ. 76. 10.

PROP. XCV. THEOR.

Fig. prop. XCIV.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC, *& apotoma quarta* AD: *recta linea spatium* AB *potens minor est.*

μ. 4. def. tert.
ν. 20. 10.
ξ. sch. 22. 10.
ο. 19. 10.
π. 10. 10.
ρ. constr.
σ. 77. 10.

Sit enim DG congruens ipsi AD: & erunt[μ] AG, GD ρ Є, eritque AG Σ AC, sed DG non Σ AC, nec √ (AGq — GDq) Σ AG. Construantur eadem quae in praecedentibus: & patet AK[ν] esse ρ, DK vero medium[ξ], & AF non Σ[ο] FG, & ergo AI non Σ[π] FK. Sed[ρ] AK = LPq + PNq, & $\frac{1}{2}$ DK = EK = LO = LP × PN, & AI = LPq, & FK = PNq. Quare LP ƐЄ PN, & LPq + PNq est ρ, 2 LP × PN autem medium; & proinde[σ] LN id est √ AB minor. Q. E. D.

PROP. XCVI. THEOR.

Fig. prop. XCIV.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC *& apotoma quinta* AD: *recta linea spatium*

AB

AB *potens est quae cum rationali medium totum efficit.*

Sit enim DG congruens ipsi AD; & erunt [τ] AG, GD ρ Є, eritque GD ⵎ AC, sed AG non ⵎ AC, & √ (AGq — GDq) non ⵎ AG. Constructis iisdem, quae antea, eodem modo ostendetur, DK vel EK esse ρ, AK vero medium, & AI non ⵎ FK. Quare erit LP ϴЄ PN, & LPq + PNq medium, 2 LP × PN vero ρ; & ob id LN id est √ AB quae [υ] cum rationali medium totum efficit. Q. E. D.

τ. 5. def. tert.

υ. 78. 10.

PROP. XCVII. THEOR.

Si spatium AB *contineatur sub rationali* AC *& apotoma sexta* AD: *recta linea spatium* AB *potens est quae cum medio medium totum efficit.*

Fig. prop. XCIV.

Sit iterum ipsi AD congruens DG: & erunt [υ] AG, GD ρ Є, & √ (AG — GDq) non ⵎ AG, & nec AG nec GD ⵎ AC. Constructis iisdem, quae antea, similiter demonstrabimus tam LPq + PNq, quam 2 LP × PN esse medium & LP ϴЄ PN. Sed praeterea, quia AG non ⵎ EG, & ergo AK [φ] non ⵎ EK: erit LPq + PNq non ⵎ 2 LP × PN. Ergo LN id est √ AB est ea quae cum medio medium totum efficit [χ]. Q. E. D.

υ. 6. def. tert.

φ. 10. 10.

χ. 79. 10.

PROP. XCVIII. THEOR.



Quadratum apotomae AB *ad rationalem* CD *applicatum latitudinem* CF *facit apotomen primam.*

Sit enim BG ipsi AB congruens. Ergo AG,
ψ. 74. 10. GB sunt ψ ρ̇ Ɛ. Fiat
Rgl. CH = AGq, & Rgl. KL = BGq. Ergo,
α. 7. 2. quia CE = ABq, erit FL = α 2 AG × GB. Biseca FM in N, & duc NO parallelam ad CD; ac erit FO = NL = AG × GB.
α. sch. 12. 10. & 16. 10. Iam quia DM = AGq + GBq est ρ̇ α, erit
β. 21. 10. CM ρ̇ β ≍ CD. Et quia FL = 2 AG × GB
γ. sch. 22. 10. medium γ est, erit FM ρ̇ non ≍ CD δ. Porro
δ. 23. 10. ε. cor. 27. 10. quia AGq + GBq non ≍ ε 2 AG × GB, ideo-
ζ. 10. 10. que CL non ≍ FL: erit FM non ≍ ζ CM, & proinde FM, CM erunt ρ̇ Ɛ, ac CF apotome
η. lem. 55. 10. ψ erit. Praeterea quum sint ∻ η CH, NL, KL, ideoque ∻ CK, NM, KM: erit CK × KM = NMq = ¼ FMq. Sed, quia CH ≍ KL, est & CK ≍ KM ζ. Quare √ (CMq — MFq)
θ. 18. 10. ≍ CM θ. Ergo CF est apotome prima. Q. E. D.

PROP. XCIX. THEOR.

Fig. prop. XCVIII. *Quadratum mediae apotomae primae* AB *ad rationalem* CD *applicatum latitudinem facit* CF *apotomen secundam.*

ι. 75. 10. Sit iterum BG congruens ipsi AB: ι & erunt AG, GB mediae Ɛ, & AG × GB ρ̇. Ergo

factis

factis quae in propos. praec. erunt CH, KL, CL media, sed NL, FL ρ; ideoque CM erit ρ non $\sqsubset$ CD[κ], FM autem [λ] ρ $\sqsubset$ CD. Reliqua autem vt supra ostendentur. Ergo CF est apotome secunda. Q. E. D.

κ. 23. 10.
λ. 21. 10.

PROP. C. THEOR.

Quadratum mediae secundae apotomae AB *ad rationalem* CD *applicatum latitudinem* CF *facit apotomen tertiam.*

Fig. prop. XCVIII.

Factis iisdem, quae antea; quoniam [μ] AG, GB mediae $\in$ sunt, & AG $\times$ GB medium est, erunt CK & FL media, ideoque erit tam CM, quam FM ρ non $\sqsubset$ CD, & erunt CM, FM $\rho\in$. Ostensis ergo reliquis, quae in praecedentibus, patebit, CF esse apotomen tertiam. Q. E. D.

μ. 76. 10.

PROP. CI. THEOR.

Quadratum minoris AB *ad rationalem* CD *applicatum latitudinem* CF *facit apotomen quartam.*

Fig. prop. XCVIII.

Iisdem constructis: quia [ν] AG $\Theta\in$ GB, & AGq + GBq ρ, & AG $\times$ GB medium, eodem modo, quo in prop. 98. patet, esse CM $\sqsubset$ CD, & CF apotomen, & CK $\times$ KM $= \frac{1}{4}$ FMq, sed, ob AG $\Theta\in$ GB, CK non $\sqsubset$ KM, ideoque [ξ] $\sqrt{}$ (CMq — MFq) non $\sqsubset$ CM. Ergo CF est apotome quarta. Q. E. D.

ν. 77. 10.
ξ. 19. 20.

PROP. CII. THEOR.

Quadratum eius AB, *quae cum rationali medium totum efficit, ad rationalem* CD *applicatum*

plicatum latitudinem CF *facit apotomen quintam.*



s. 78. 10. Constructis iisdem; quia * AG, $\ominus\!\in$ GB, & AGq $+$ GBq medium, & AG $\times$ GB $\dot{\rho}$, eadem ratione ac antea ostendetur, esse CM $\dot{\rho}$ non $\preceq$ CD, sed FM $\dot{\rho}$ $\preceq$ CD, & CF apotomen quintam. Q. E. D.

PROP. CIII. THEOR.

Fig. prop. CII. *Quadratum eius* AB, *quae cum medio medium totum efficit, ad rationalem* CD *applicatum latitudinem* CF *facit apotomen sextam.*

π. 79. 10. Constructis enim iisdem; quia [π] AG $\ominus\!\in$ GB, & AGq $+$ GBq, AG $\times$ GB media, & AG $\times$ GB non $\preceq$ AGq $+$ GBq: patet vt antea,

ρ. 23. 10. CM, FM [ρ] esse $\dot{\rho}$ non $\preceq$ CD, atque, reliquis similiter vt antea ostensis, CF esse apotomen sextam. Q. E. D.

PROP. CIV. THEOR.

Recta linea AE, *apotomae* CF *longitudine commensurabilis, & ipsa apotome est, atque ordine eadem.*



Sit enim ipsi CF congru-

σ. 74. 10. ens FD: ergo [σ] CD, DF $\dot{\rho}\in$. Fiat EB : FD $=$ AE : CF.

τ. 12. 5. Erit ergo [τ] AB : CD $=$ EB :

υ. 10. 10. FD $=$ AE : CF; & proinde AB $\preceq$ CD [υ], & EB

EB ꞓ FD. Quare AB, BE erunt ῥ [φ], &, quia CD Є DF, erunt AB, BE ῥ Є [χ], ideoque AE apotome erit [σ]. Secundo quia AB : CD = EB : FD, & permutando AB : EB = CD : FD : si $\sqrt{(CDq - DFq)}$ ꞓ vel non ꞓ CD, erit [ψ] & $\sqrt{(ABq - BEq)}$ ꞓ vel non ꞓ AB. Et si CD ꞓ vel non ꞓ expositae rationali, erit [ω] & AB ꞓ vel non ꞓ eidem; nec non, si DF ꞓ vel non ꞓ ῥ expositae, erit [ω] BE ꞓ vel non ꞓ eidem. Ergo cuius ordinis apotome est CF, eiusdem est [α] quoque apotome AE. Q. E. D.

φ. sch. 12. 10. χ. 1. sch. 10. 10. ψ. 15. 10. ω. 12. 14. 10. α. def. tert.

PROP. CV. THEOR.

Recta linea AE, *mediae apotomae* CF *commensurabilis, & ipsa mediae apotome est, atque ordine eadem.* Fig. prop. CIV.

Factis iisdem quae in praecedente, quia [β] CD, DF sunt mediae Є, similiter demonstrabitur, AB ꞓ CD, & AB, BE esse medias Є [γ]. Ergo AE est mediae [β] apotome. Deinde quia CDq : CD $\times$ DF = [δ] CD : DF = AB : BE = [δ] ABq : AB $\times$ BE, & ergo permutando CDq : ABq = CD $\times$ DF : AB $\times$ BE : erit [ε] CD $\times$ DF ꞓ AB $\times$ BE. Quare si CD $\times$ DF est ῥ vel medium, erit [ζ] & AB $\times$ BE ῥ vel medium. Hinc patet [β] esse AE mediae apotomen eiusdem ordinis, cuius est CF. Q. E. D.

β. 75. 76. 10. γ. 24. 10. & 1. sch. 10. 10. δ. 1. 6. ε. 10. 10. ζ. sch. 12. 10. cor. 24. 10.

PROP. CVI. THEOR.

Recta linea AE, *minori* CF *commensurabilis, & ipsa minor est.*

Fiant



Fiant eadem, quae prius: & quia CD, DF ⊖€ [η], erunt & [ϑ] AB, BE ⊖€. Et quoniam CD : DF $=$ AB : BE, ideoque CDq : DFq $=$ [ι] ABq : BEq, & componendo ac permutando CDq $+$ DFq : ABq $+$ BEq $=$ DFq : BEq; DF autem $<$ BE: erit CDq $+$ DFq $<$ ABq $+$ BEq. Quare, quum CDq $+$ DFq sit ρ [η], erit & ABq $+$ BEq ρ [κ]. Denique quia vt in praec. patet esse CD $\times$ DF $<$ AB $\times$ BE, & CD $\times$ DF medium [η] est: est & AB $\times$ BE medium [λ]. Ergo AE minor [η] est. Q. E. D.

η. 77. 10.
ϑ. 2. sch. 10. 10.
ι. 22. 6.
κ. sch. 12. 10.
λ. cor. 24. 10.

Aliter.



Sit minori A $<$ B. Dico B minorem esse.

Ad expositam rationalem CD applicetur Rgl. CE $=$ Aq. Erit itaque [μ] CF apotome quarta. Fiat Rgl. FH $=$ Bq. Igitur, quia A $<$ B, erit CE $<$ [ν] FH, & CF $<$ [ξ] FG. Hinc FG erit [ο] apotome quarta, & $\surd$ FH $=$ B erit [π] minor. Q. E. D.

μ. 101. 10.
ν. cor. 9. 10.
ξ. 10. 10.
ο. 104. 10.
π. 95. 10.

PROP. CVII. THEOR.



Recta linea AE *commensurabilis ei* CF, *quae cum rationali medium totum efficit, & ipsa cum rationali medium totum efficiens est.*

Constructis iisdem quae antea, similiter demonstrabitur AB : BE $=$ CD : DF, & ABq $+$

BEq

BEq $\prec$ CDq + DFq, & AB $\times$ BE $\prec$ CD $\times$ DF. Iam[ρ] CDq + DFq est medium, & CD $\times$ DF ρ, & CD $\ominus\!\epsilon$ DF. Ergo AB $\ominus\!\epsilon$[σ] BE, & ABq + BEq est[τ] medium, & AB $\times$ BE ρ[υ] ideoque AE est cum rationali medium totum efficiens[ρ]. Q. E. D.

ρ. 78. 10.
σ. 2. sch. 10. 10.
τ. sch. 24. 10.
υ. sch. 12. 10.

Aliter.

Factis iisdem, quae in demonstratione altera praecedentis, erit CF apotome[φ] quinta, ideoque[χ] & FG. Hinc, ob FE ρ, erit $\sqrt{}$FH = B cum rationali medium totum efficiens[ψ]. Q. E. D.

φ. 102. 10.
χ. 104. 10.
ψ. 96. 10.

PROP. CVIII. THEOR.

Recta linea AE, *commensurabilis ei* CF, *quae cum media medium totum efficit, & ipsa cum medio medium totum efficiens est.*

Fig. prop. CVII.

Constructis iisdem quae supra, erit iterum AB : EB = CD : DF, & ABq + BEq $\prec$ CDq + DFq, & AB $\times$ BE $\prec$ CD $\times$ DF. Iam[ω] CD $\ominus\!\epsilon$ DF, & CDq + DFq medium, & CD $\times$ DF medium, & CD $\times$ DF non $\prec$ CDq + DFq. Ergo AB $\ominus\!\epsilon$ BE[α], & tam ABq + BEq quam AB $\times$ BE medium[β], & ABq + BEq non $\prec$[γ] AB $\times$ BE, ideoque AE est[ω] cum medio medium totum efficiens. Q. E. D.

ω. 79. 10.
α. 2. sch. 10. 10.
β. sch. 24. 10.
γ. 14. 10.

PROP. CIX. THEOR.

Medio BD *de rationali* BC *detracto, recta linea, quae reliquum spatium* EC *potest, una ex duabus irrationalibus sit, vel apotome, vel minor.*



Expoſita enim ρ FG, fiat Rgl. GH = BC, & Rgl. GK = BD. Ergo LH = EC, & GH ρ, & GK medium. Quare
δ. 21. 10. [δ] erit FH ρ ≍ FG, & FK
ε. 23. 10. ρ [ε] non ≍ FG, ideoque
ζ. 74. 10. FH, FK ρ Є, ac ob id KH apotome [ζ], & ipſi congruens FK. Iam ſi ſit √ (FHq — FKq)
η. 92. 10. ≍ FH, erit KH apotome prima, & [η] √ *HL* = √ EC apotome. Si non ſit √ (FHq — *F*Kq)
θ. 95. 10. ≍ FH, erit KH apotome quarta, ideoque [θ] √ EC minor. Q. E. D.

PROP. CX. THEOR.

Fig. prop. praec. *Rationali* BD *de medio* BC *detracto, aliae duae irrationales fiunt, vel mediae apotome prima, vel cum rationali medium totum efficiens.*

Conſtructis iisdem, quae prius, erit FH ρ non ≍ FG, & FK ρ ≍ FG. Erunt ergo iterum FH, FK ρ Є, & KH apotome erit, ipſique congruens FK. Iam ſi fuerit √ (FHq — FKq) ≍ FH: erit KH apotome ſecunda, & √
ι. 93. 10. LH id eſt √ EC mediae [ι] apotome prima. *Si* fuerit √ (FHq — FKq) non ≍ FH: erit KH
κ. 96. 10. apotome quinta, & ergo √ EC erit [κ] cum rationali medium totum efficiens. Q. E. D.

PROP. CXI. THEOR.

Fig. prop. CIX. *Medio* BD *de medio* BC *detracto, quod ſit incommenſurabile toti, reliquae duae irrationales fiunt, vel mediae apotome ſecunda, vel cum medio medium totum efficiens.*

Quia

Quia enim GH non ≍ FL, erit FH non ≍ FK. Quare FH, FK erunt ρ Є, & ergo erit FH apotome, & ipsi congruens KF. Nunc si √(FHq — FKq) ≍ FH: quia FH, FK non ≍ [λ] FG, erit KH apotome tertia, & hinc √LH id est √EC mediae[μ] apotome secunda. Si √(FHq — FKq) non ≍ FH: erit KH apotome sexta, ideoque √EC cum medio medium totum efficiens[ν]. Q. E. D.

λ. 23. 10.
μ. 94. 10.
ν. 97. 10.

PROP. CXII. THEOR.

Apotome AB *non est eadem quae ex binis nominibus.*



Si negas: exponatur ρ CD, & fiat Rgl. CE = ABq. Ergo DE erit[ξ] apotome prima. Sit ipsi congruens EF. Ergo DF, FE ρ Є[ο], & DF ≍ CD. Sed quia AB etiam ponitur ex binis nominibus: erit DE ex binis nominibus[π] prima. Sit eius maius nomen DG. Ergo[ρ] DG, GE ρ Є, & DG ≍ CD. Hinc erit[σ] DF ≍ DG, & ergo[τ] FG ≍ DF, & FG ρ[υ]. Verum quia DF non ≍ FE, erit FG non[φ] ≍ FE, & hinc erunt FG, FE ρ Є, ac GE apotome[χ] erit. Sed est quoque GE ρ. Q. E. A.

ξ. 98. 10.
ο. 1. def. tert.
π. 61. 10.
ρ. 1. def. sec.
σ. 12. 10.
τ. cor. 16. 10.
υ. sch. 12. 10.
φ. 14. 10.
χ. 74. 10.

Corollarium.

Apotomae, & quae ipsam consequuntur, (prop. 75. 76. 77. 78. 79) irrationales, neque mediae neque inter se eaedem sunt. Quadratum enim, quod a media fit, ad rationalem applicatum, latitudinem facit rationalem. Quod autem ab apotoma fit, ad

 ratio-

rationalem applicatum, latitudinem facit apotomen primam; quod fit a mediae apotome prima, apotomen secundam; & sic deinceps (prop. 100. 101. 102. 103.). Quoniam igitur dictae latitudines differunt tum a prima tum inter sese; a prima quidem, quod illa rationalis sit, inter se vero, quod ordine non sint eaedem: manifestum est, & ipsas hasce irrationales inter se differentes esse.

Et quoniam ostensum est, apotomen non esse eandem, quae ex binis nominibus; & quadrata quidem apotomae & earum, quae sequuntur apotomen, ad rationalem applicata, latitudines facere apotomas; quadrata vero eius, quae ex binis nominibus est, & hanc sequentium, ad rationalem applicata facere latitudines, quae ex binis nominibus (prop. 61. 62. - - 66.): ergo rectae lineae quae sequuntur apotomen, & quae sequuntur eam quae ex binis nominibus est, inter se diuersae erunt, ita vt omnes irrationales sint numero tredecim. 1. *Media.* 2. *Quae ex binis nominibus.* 3. *Quae ex binis mediis prima.* 4. *Quae ex binis mediis secunda.* 5. *Maior.* 6. *Rationale ac medium potens.* 7. *Bina media potens.* 8. *Apotome.* 9. *Mediae apotome prima.* 10. *Mediae apotome secunda.* 11. *Minor.* 12. *Cum rationali medium totum efficiens.* 13. *Cum medio medium totum efficiens.*

PROP. CXIII. THEOR.



Quadratum rationalis A, *ad eam quae ex binis nominibus* BC *applicatum, latitudinem* EF *facit apotomen, cuius nomina commensurabilia sunt nominibus* CD, DB *eius, quae est ex binis nominibus, & in eadem ratione; & adhuc apotome* EF, *quae fit, eundem habet ordinem,*

ordinem, quem ea BC *quae est ex binis nominibus.*

Sit enim etiam $BD \times G = Aq$. Ergo [ψ] ψ. 16. 6.
$BC : DB = G : EF$, ideoque $G > EF$. Fiat
$EH = G$. Quare $CB : BD = HE : EF$, & diuidendo $CD : DB = HF : FE$. Fiat $HF : FE = FK : KE$. Est ergo $HK : KF =$ [α] $FK : KE$ α. 12. 5.
$= HF : FE = CD : DB$. Iam quia CDq ≍ [α] α. 37. 10.
DBq, est & HKq ≍ KFq. Et quoniam [β] HKq: β. 2. cor. 20. 6.
$KFq = HK : KE$, erit HK ≍ KE, ideoque &
[γ] HE ≍ EK. Et quia $BD \times HE = Aq$ est γ. 16. 16.
ρ, nec non BD ρ [α]: erit & HE ρ [δ] ≍ BD, & δ. 21. 10.
ob id & EK ρ ≍ BD ac FK ≍ CD [ε]. Deinde ε. 10. 10.
quia CD [α] ϵ DB, erit & [ζ] FK ϵ KE, & ergo ζ. 1. sch. 10. 10.
FK, KE erunt ρ ϵ, & [η] FE erit apotome. Sed η. 74. 10.
CD maius est nomen ipsius CB. Iam si √(CDq
— DBq) ≍ vel non ≍ CD, erit & √(FKq —
KEq) ≍ vel non ≍ FK [θ]; & si CD fuerit ≍ vel θ. 15. 10.
non ≍ ρ expositae, erit & FK ≍ [ι] vel non ≍ ι. 12. 14. 10.
eidem; atque si DB ≍ vel non ≍ eidem ρ, erit & EK ≍ vel non ≍ eidem. Ergo FE apotome erit, cuius nomina FK, KE commensurabilia sunt nominibus CD, DB eius &c. Q. E. D.

PROP. CXIV. THEOR.

Quadratum rationalis A, *ad apotomen* BD *applicatum, latitudinem* KH *facit eam, quae ex binis nominibus, cuius nomina commensurabilia sunt apotomae* BD *nominibus* BC, CD *& in eadem ratione; & adhuc quae ex binis nominibus fit* KH *eundem habet ordinem, quem ipsa* BD *apotome.*

 Nam



Nam quia DC congruens est ipsi
κ. 74. 10. B D, erunt [κ] BC, CD ρ ϵ. Fiat BC × G = Aq: &
λ. 21. 10. erit BC × G ρ, ac ideo G ρ [λ] ≺ BC, ac prae-
μ. 16. 6. terea CB : BD [μ] = KH : G, ideoque KH > [ν]
ν. 14. 5. G. Ponatur KE = G : ergo KE ρ ≺ BC, & CB : BD = HK : KE, & conuertendo igitur
ξ. 10. 6. BC : CD = KH : HE. Fiat KH : HE = [ξ]
ο. 19. 5. HF : FE. Igitur KF : FH = [ο] KH : HE =
π. 1. sch. 10. 10. HF : FE = BC : CD. Hinc KF ϵ [π] FH, &
ρ. 2. cor. 20. 6. KFq : FHq = [ρ] KF : FE, & ergo KF ≺ [σ] FE, hinc & KE ≺ [τ] KF, & KF ρ ≺ BC [υ], & proinde
σ. 10 10.
τ. cor. 16. 10. etiam FH ρ ≺ CD [φ]. Quum ergo sint KF,
υ. 12. 10. & sch. eiusd. FH ρ ϵ: erit KH [χ] ex binis nominibus, quae erunt ≺ ipsius BD nominibus BC, CD, & in
φ. sch. 12. 10. & 10. 10. eadem ratione. Denique patet, si √(BCq —
χ. 37. 10. CDq) ≺ vel non ≺ BC, esse & [ψ] √(KFq —
ψ. 15. 10. FHq) ≺ vel non ≺ KF, & si BC, CD fuerint ≺
ω. def. sec. & tert. vel non ≺ expositae ρ, fore & KF, FH ≺ vel non ≺ eidem ρ; & ergo [ω] KH esse ex binis nominibus eiusdem ordinis, cuius est apotome BD. Q. E. D.

PROP. CXV. THEOR.

Si spatium contineatur sub apotoma AB *&* *ea* CD *quae ex binis nominibus, cuius nomina* CE, ED *commensurabilia sunt nominibus* AF, FB *apotomae* AB, *&* *in eadem ratione: recta linea* G *spatium potens est rationalis.*

Expo-



Exponatur ρ H, & fiat CD × KL = Hq. Apotome ergo est [a] KL, cuius nomina KM, ML ⊏ CE, ED & in eadem ratione. Est ergo AF : FB = [β] KM : ML, & permutando AF : KM = FB : ML, & ergo [γ] AB : KL = AF : KM. Et quia [δ] CE, ED ⊏ ipsis AF, FB, ideoque & AF ⊏ [ε] KM : erit AB ⊏ [ζ] KL. Hinc quia AB : KL = AB × CD : KL × CD = Gq : Hq : erit [ζ] Gq ⊏ Hq, & ob id [η] G ρ. Q. E. D.

a. 113. 10.
β. 11. 5.
γ. 19. 5.
δ. hyp.
ε. 12. 10.
ζ. 10. 10.
η. sch. 12. 10.

PROP. CXVI. THEOR.

A media A infinitae irrationales fiunt; & nulla alicui antecedentium est eadem.



Exponatur ρ B, & sit Cq = A × B. Erit ergo [θ] Cq αλ, & ipsa C αλ, neque vlli hactenus commemoratarum eadem. Nullius enim antecedentium quadratum ád ρ applicatum latitudinem facit mediam. Rursus sit Dq = B × C: & erit iterum [θ] D αλ, nulli tamen antecedentium eadem; quia nullius earundem quadratum ad ρ applicatum talem [ι] facit latitudinem, qualis est C. Similiter & eodem ordine in infinitum protracto, manifestum est, a media infinitas irrationales fieri, nulli antecedentium easdem. Q. E. D.

θ. sch. 21. 10.
ι. per dem.

PROP. CXVII. THEOR.



Propositum sit nobis ostendere, in quadratis figuris diametrum AC *lateri* AB *incommensurabilem esse longitudine.*

Si negas: sit AC $\preceq$ AB. Ergo habebit AC ad AB rationem nu-

E--H--F

G---

κ. 5. 10. meri * ad numerum. Habeat
λ. 35. 7. quam EF ad G; & sint EF, G minimi in data ratione. Non ergo vnitas erit
μ. 14. 5. EF: quia, quum AC > AB, foret vnitas [μ] maior quam numerus, si EF vnitas esset. Quare EF numerus sit necesse est. Et quia ACq:
ν. 1. cor. 20. 6. & 11. 8. ABq [ν] = $EF^2 : G^2$, & ACq = [ξ] 2 ABq: erit
ξ. 47. 1. $EF^2 = 2\, G^2$, & ergo EF^2 est [ο] par, & EF par [π].
ο. 6. def. 7. Iam quia EF, G minimi sunt in data ratione, &
π. 2 sch. 29. 9. ergo inter se primi; EF autem par est: nequit G par esse; si enim ita, vtrumque EF, G idem numerus 2 metiretur. Ergo G erit impar. Verum ipsius EF paris dimidium sit EH: & erit
ρ. 11. 8. $EF^2 =$ [ρ] $4\, EH^2 = 2\, G^2$, ideoque $G^2 =$ [σ] 2
σ. 7. ax. 1. EH^2, & G par. Erat autem idem G & impar. Q. E. A.

Aliter.

Si dicas AC $\preceq$ AB: sint rursus EF, G numeri minimi in ratione AC : AB; & erunt ergo EF, G
τ. 24. 7. primi inter se [τ]. Iam nequit G esse vnitas. Nam quia ACq : ABq = $EF^2 : G^2$; & ACq = 2 ABq: si G esset vnitas, foret $EF^2 = 2$, quod fieri nequit. Sed quia G est numerus, & $EF^2 = 2\, G^2$:
υ. 14. 8. G numerus [υ] metietur numerum EF; & ideo EF ac G non erunt primi inter se. Erant autem & primi inter se. Q. E. A.

EVCLI-

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER XI.

DEFINITIONES.

1. *Solidum* eſt, quod longitudinem & latitudinem & craſſitudinem habet.

2. *Solidi* autem *terminus* eſt ſuperficies.

3. *Recta linea ad planum recta* eſt, quando ad rectas omnes lineas, quae ipſam contingunt & in ſubiecto plano iacent, rectos angulos efficiat.

4. *Planum ad planum rectum* eſt, quando rectae lineae, quae communi planorum ſectioni ad rectos angulos & in vno plano ducuntur, alteri plano ad angulos rectos fuerint.

5. *Rectae lineae ad planum inclinatio* eſt, quando a ſublimi termino rectae illius lineae ad planum acta perpendiculari, a puncto facto ad terminum lineae, qui eſt in plano, recta linea iuncta fuerit, angulus nempe acutus, qui iuncta linea & inſiſtente continetur.

6. *Plani ad planum inclinatio* eſt angulus acutus rectis lineis contentus, quae ad rectos angulos communi planorum ſectioni ad vnum ipſius punctum in vtroque planorum ducuntur.

7. *Planum ad planum ſimiliter inclinari* dicitur *atque alterum ad alterum*, quando dicti

inclinationum anguli inter se fuerint aequales.

8. *Plana parallela* sunt, quae inter se non conueniunt.

9. *Similes figurae solidae* sunt, quae similibus planis ac multitudine aequalibus continentur.

10. *Aequales* vero *& similes figurae solidae* sunt, quae similibus planis, multitudine simul & magnitudine aequalibus, continentur.

11. *Solidus angulus* est plurium, quam duarum, linearum, quae sese contingant, & non in eadem sint superficie, ad omnes lineas inclinatio. *Aliter.* Solidus angulus est, qui pluribus, quam duobus, planis angulis, in eodem non iacentibus plano, atque ad vnum punctum constitutis, comprehenditur.

12. *Pyramis* est figura solida planis comprehensa, quae ab vno plano ad vnum punctum constituitur.

13. *Prisma* est figura solida planis comprehensa, quorum aduersa duo aequalia & similia parallela sunt, reliqua vero parallelogramma.

14. *Sphaera* est figura quidem comprehensa, quum circa manentem diametrum semicirculus conuertitur, donec in eundem locum, a quo moueri coeperat, rursus restituatur.

15. *Axis* vero *sphaerae* est manens illa recta linea, circa quam semicirculus conuertitur.

16. *Con-*

16. *Centrum* autem *sphaerae* eſt idem illud, quod & ſemicirculi.

17. *Diameter* vero *ſphaerae* eſt recta linea quaedam per centrum ducta, & ex vtraque parte a ſphaerae ſuperficie terminata.

18. *Conus* eſt figura quidem comprehenſa, quum rectanguli trianguli manente vno latere eorum, quae circa rectum angulum ſunt, triangulum ipſum conuertitur, donec in eundem locum, a quo moueri coeperat, rurſus reſtituatur. Verum ſi manens recta linea aequalis fuerit reliquo lateri, quod circa rectum angulum conuertitur, *conus orthogonius* erit: ſi vero minor, *amblygonius:* & ſi maior, *oxygonius.*

19. *Axis* autem *coni* eſt manens illa recta linea, circa quam triangulum conuertitur.

20. *Baſis* vero circulus a conuerſa recta linea deſcriptus.

21. *Cylindrus* eſt figura comprehenſa, quando rectanguli parallelogrammi manente vno latere eorum, quae circa rectum angulum ſunt, parallelogrammum ipſum conuertitur, donec in eundem locum, a quo moueri coeperat, rurſus reſtituatur.

22. *Axis* vero *cylindri* eſt manens illa recta linea, circa quam parallelogrammum conuertitur.

23. *Baſes* autem ſunt circuli, qui a duobus ex aduerſo circumactis lateribus deſcribuntur.

24. *Similes coni & cylindri* ſunt, quorum & axes & baſium diametri proportionales ſunt.

25. *Cubus* eſt figura ſolida ſex quadratis aequalibus contenta.

26. *Tetraedrum* eſt figura ſolida quatuor triangulis aequalibus & aequilateris comprehenſa.

27. *Octaedrum* eſt figura ſolida octo triangulis aequalibus & aequilateris comprehenſa.

28. *Dodecaedrum* eſt figura ſolida, quae duodecim pentagonis aequalibus & aequilateris & aequiangulis continetur.

29. *Icoſaedrum* eſt figura ſolida, quae viginti triangulis aequalibus & aequilateris comprehenditur.

* 30. *Parallelepipedum* eſt figura ſolida ſex planis, quorum quae ex aduerſo parallela ſunt, contenta.

* 31. *Solida figura in ſolida figura* dicitur *inſcribi*, quando omnes anguli figurae inſcriptae conſtituuntur vel in angulis, vel in lateribus, vel denique in planis figurae, cui inſcribitur.

* 32. *Solida figura ſolidae figurae* viciſſim *circumſcribi* dicitur, quando vel anguli, vel latera vel denique plana figurae circumſcriptae tangunt omnes angulos figurae, circum quam deſcribitur.

* AXIOMA.

Anguli ſolidi, qui ſub aeque multis aequalibus ac eodem ordine poſitis angulis planis continentur, aequales ſunt.

PROP.

PROP. I. THEOR.

Rectae lineae ABC *pars quaedam non est in subiecto plano* DE, *quaedam vero in sublimi.*



Si enim fieri potest, sit pars AB in plano DE, pars BC autem extra. Iam, quia omnis recta in dato plano in directum continuari potest [α], sit BF in directum ipsi AB, in plano DE. Ergo rectae ABF, ABC segmentum commune BA habebunt. Q. E. A [β].

α. 2. post. 1.
β. 12. ax. 1.

PROP. II. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, CD *se inuicem secent, in vno sunt plano. Item, omne triangulum* DEB *in vno plano consistit.*

1. Si △ DEB non sit in vno plano: erit pars eius, velut EFG, in alio plano, quam reliqua; ideoque rectarum ED, EB vniuscuiusuis pars erit in plano subiecto, pars in sublimi. Q. E. A [γ].

γ. 1. 11.

2. Ergo quum ED, EB sint in eodem plano, CD autem sit [γ] in plano, in quo est ED, & AB in plano [γ] illo, in quo est EB: necesse est, vt AB, CD sint in eodem plano. Q. E. D.

PROP. III. THEOR.



Si duo plana AB, BC *se inuicem secent: communis ipsorum sectio* DB *est linea recta.*

Si enim linea DB, in qua plana se inuicem secant, non sit recta: ducatur a puncto B ad D

in

δ. 1. post. 1. in plano AB alia recta [δ] BED, in plano autem BC recta BFD; & recta BFD cum recta BED
ε. 12. ax. 1. spatium comprehendet. Q.E.A [ε].

PROP. IV. THEOR.



Si recta linea EF *duabus rectis lineis* AB, CD, *se inuicem secantibus, in communi sectione* E *ad rectos angulos insistat, etiam ducto per ipsas* AB, CD *plano ad rectos angulos erit.*

Sumatur AE = EB = CE = ED, & iungantur AD, CB, & per E ducatur in plano ACBD vtcunque recta GEH, & a quouis puncto F in sublimi ducantur rectae FA, FG, FD, FB,
ζ. 4. 1. FH, FC. Iam quia in △is AED, CEB est [ζ]
η. 26. 1. AD = CB, & ang. EAD = EBC: erit [η] in △is AEG, HEB latus AG = HB, & GE = EH. Praeterea quum in △is AEF, BEF sit [ζ] FA = FB, & in △is FED, FEC pari ratione [ζ] FD = FC: erit in △is AFD, BFC ang. FAD = [θ] FBC. Hinc ob AG = HB, & FA = FB, erit [ζ] FG = FH; & ob id in △is GEF,
θ. 8. 1. HFE erunt [θ] anguli ad E aequales, id est recti. Similiter ostenditur EF ad omnes alias rectas in plano ACBD per E ductas angulos
ι. 3. def. 11. rectos efficere. Ergo [ι] FE plano per AB, CD ad rectos angulos est. Q. E. D.

PROP. V. THEOR.



Si recta linea AB *tribus rectis lineis*, BC, BD, BE, *sese tangentibus*, *in communi sectione* B *ad rectos angulos insistat: tres illae rectae lineae* BC, BD, BE *in uno plano erunt.*

Si fieri potest, sint BD, BE quidem in subiecto plano, BC vero in sublimi. Planum per AB, BC producatur, donec subiectum secet in ᵏ recta BF. Iam quia AB ipsis BD, BE ad κ. 3. 11.
rectos insistit, erit eadem ad planum subiectum rectaᵏ, ideoque ipsi BF, quae etiam in λ. 4. 11.
plano subiecto est, ad rectum ᵘ angulum insi- μ. 3. def. 11.
stet. Sed ponitur quoque ang. ABC rectus. Ergo ang. ABF = ABC. Sed hi anguli sunt in eodem plano per AB, BC. Ergo totus ABF aequalis est parti ABC. Q. E. A.

PROP. VI. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, CD *eidem plano ad rectos angulos fuerint, parallelae erunt ipsae rectae lineae* AB, CD.

Insistant AB, CD subiecto plano in punctis B, D. Iunctae BD ducatur in eodem plano perpendicularis DE, quae fiat = AB, & iungantur BE, AE, AD. Et quia AB est ad planum subiectum recta: erunt ang. ABD, ABE rectiᵛ. Similiter ang. CDB, CDE recti erunt. ν. 3. def. 11.
Quum itaque ang. ABD = ᶯ BDE, & AB = ξ. 10. ax. 1.
DE,



DE, & BD communis: erit AD =[ϛ] BE. Ergo in Δis BAE, DAE erit ang. ABE =[π] EDA; ideoque EDA rectus erit. Sunt autem & ang. EDC, EDB recti. Ergo rectae CD, DA, DB erunt[ρ] in vno plano. Sed AB est in eodem plano[σ], in quo sunt DA, DB. Ergo AB, CD sunt in eodem plano. Quare, quum ang. ABD, CDB recti sint, ipsae AB, CD parallelae[τ] sunt. Q. E. D.

ϛ. 4. I.
π. 8. I.
ρ. 5. II.
σ. 2. II.
τ. 28. I.

PROP. VII. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, CD *parallelae sint; sumantur autem in vtraque ipsarum quaelibet puncta* E, F: *quae dicta puncta coniungit recta linea in eodem cum parallelis plano erit.*

Si fieri potest, sit recta EGF in sublimi. Ducatur per eam planum vtcunque, quod secabit planum subiectum in recta[υ] EF. Ergo duae rectae EF, EGF spatium comprehendent. Q. E. A.

υ. 3. II.

PROP. VIII. THEOR.

Si fuerint duae rectae lineae AC, CD *parallelae, atque altera earum* AB *plano alicui sit ad rectos angulos: & reliqua* CD *quoque eidem plano ad rectos angulos erit.*

Insistant AB, CD plano subiecto in punctis B, D. Iungatur BD. Ergo AB, BD, DC erunt



erunt [φ] in vno plano. Ducatur in subiecto plano ipsi BD ad rectos DE, & fiat = AB, iunganturque AD, AE, EB. Quia AB recta est ad subiectum planum: erunt ang. ABD, ABE recti [χ]. Sed ang. ABD + CDB [ψ] = 2 rectis. Ergo CDB erit rectus. Et quia DE = AB, & BD communis, & ang. EDB = ABD: erit BE [ω] = AD. Hinc in △is DAE, EAB erit ang. EDA [α] = ABE = recto. Sed & ang. EDB rectus est. Ergo [β] ED est ad planum per BD, DA recta. Iam quia in plano per BD, DA sunt ipsae AB [γ], BD: patet CD in eodem plano esse. Itaque & ang. EDC rectus [χ] erit. Sed & ang. CDB rectus erat. Ergo [β] CD est ad planum subiectum recta. Q. E. D.

φ. 7. 11.
χ. 3. def. 11.
ψ. 29. 1.
ω. 4. 1.
α. 8. 1.
β. 4. 11.
γ. 2. 11.

PROP. IX. THEOR.



Quae AB, CD *eidem rectae lineae* EF *sunt parallelae, sed non in eodem cum illa plano, etiam inter se parallelae sunt.*

Sume in EF punctum G, ex quo duc ad EF in plano per AB, EF perpendicularem GH, in plano autem per EF, CD perpendicularem GK. Quia ergo ang. EGH, EGK recti sunt: erit [δ] EF ad planum per HG, GK recta. Itaque AB, CD ad idem planum rectae [ε] erunt, ideoque [ζ] parallelae. Q. E. D.

δ. 4. 11.
ε. 8. 11.
ζ. 6. 11.

X PROP.

PROP. X. THEOR.



Si duae rectae lineae ſeſe tangentes AB, BC *duabus rectis lineis ſeſe tangentibus* DE, EF *ſint parallelae, non autem in eodem plano: illae aequales angulos* ABC, DEF *continebunt.*

Sume AB = DE, & BC = EF, & iunge
η. 33. 1. AD, BE, CF, AC, DF. Ergo erunt η AD, CF aequales & parallelae ipſi BE, & ideo AD, CF
ϑ. 9. 11. inter ſe aequales & parallelae ϑ erunt. Quare
ι. 8. 1. & AC = ι DF, & ang. ABC = ι DEF. Q. E. D.

PROP. XI. PROBL.



A dato puncto A *in ſublimi ad ſubiectum planum perpendicularem rectam lineam ducere.*

In ſubiecto plano duc vtcunque rectam BC, & ab
κ. 12. 1. & 2. 11. A ad BC κ demitte perpendicularem AD. Si AD ad planum ſubiectum perpendicularis eſt: factum iam erit propoſitum. Sin minus: duc ex D in ſubiecto plano ad BC perpendicularem DE, ad quam in plano EDA ex A κ demitte perpendicularem AF. Haec erit deſiderata.

Nam in ſubiecto plano ducatur per F ipſi
λ. conſtr. BC parallela GH. Et quia λ ang. BDA, BDE
μ. 4. 11. recti ſunt, ideoque BC in planum EDA μ recta

cta est: erit & GH ad idem planum ν recta, & ergo ang. GFA ξ rectus. Sed est etiam ang. DFA λ rectus. Ergo recta AF est ad planum subiectum μ perpendicularis. Q. E. F. ν. 8. 11. ξ. 3. def. 11.

PROP. XII. PROBL.



Dato plano, a puncto A, *quod in ipso datum est, ad rectos angulos rectam lineam constituere.*

Intelligatur punctum B sublime, a quo ad datum planum agatur ο perpendicularis BC, & huic parallela π AD ducatur, quae erit plano dato recta ρ. Q. E. F. ο. 11. 11. π. 31. 1. ρ. 8. 11.

PROP. XIII. THEOR.



Dato plano a puncto A, *quod in ipso est, duae rectae lineae* AB, AC *ad rectos angulos non constituentur ab eadem parte.*

Si enim AB, AC simul essent perpendiculares plano A: ducto per BA, AC plano, quod planum A secet in recta DAE, forent ang. BAD & CAD σ recti, ideoque aequales; pars & totum. Q. E. A. σ. 3. def. 11.

PROP. XIV. THEOR.

Ad quae plana CD, EF *eadem recta linea* AB *est perpendicularis, ea parallela sunt.*



Si negas: pone illa producta se secare in recta GH, in qua sumto puncto K, iunge KA, KB. Ergo KAB erit triangulum. Et quia AB est in planum DH perpendicularis, in quo ducta est
τ. 3. def. 11. AK: erit τ ang. BAK rectus. Si-
υ. 17. 1. militer ang. ABK rectus erit. Q. E. A.υ.

PROP. XV. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, BC *sese tangentes duabus rectis lineis* DE, EF *sese tangentibus sint parallelae, non autem in eodem plano: & quae per ipsas transeunt plana* AC, DF *parallela erunt.*

Duc enim ex B in planum DF perpendicularem BG, & per G ipsi ED parallelam HG,
φ. 3. def. 11. ipsi EF vero parallelam GK. Recti ergo φ erunt ang. BGH, BGK. Et quia AB, BC ipsis
χ. 9. 11. GH, HK sunt χ parallelae: erunt & ang. GBA,
ψ. 29. 1. GBC recti ψ. Ergo GB ad planum AC etiam
ω. 4. 11. ω recta erit, & hinc plana AC, DF erunt par-
α. 14. 11. allela α. Q. E. D.

PROP. XVI. THEOR.



Si duo plana parallela AB, CD *ab aliquo plano* EFGH *secentur: communes ipsorum sectiones* FE, GH *sunt etiam parallelae.*

Si

Si non ſint parallelae: productae alicubi conuenient, vt in K. Sed quia recta EFK eſt in [β] plano AB: erit & punctum K in plano AB. Similiter idem K erit & in plano CD. Ergo plana AB, CD producta conuenient, nec ergo parallela [γ] erunt; contra hyp. β. 1. 11. γ. 8. def. 11.

PROP. XVII. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, CD *a parallelis planis* GH, KL, MN *ſecentur, in eadem ratione ſecabuntur* (AE : EB = CF : FD).

Iungantur AC, BD, AD. Occurrat autem AD plano KL in O, & iungantur OE, OF. Ergo quia plana parallela KL, MN a plano EODB ſecantur: erunt [δ] EO, BD parallelae. Eadem ratione OF, AC parallelae erunt. Ergo AE : EB = [ε] AO : OD = [ε] CF : FD. Q. E. D. δ. 16. 11. ε. 2. 6.

PROP. XVIII. THEOR.



Si recta linea AB *plano alicui* CD *ſit ad rectos angulos: & omnia quae per ipſam* AB *tranſeunt plana* EF *eidem plano* CD *ad rectos angulos erunt.*

Sit planorum CD, EF communis ſectio recta EBG, & ex eius puncto quouis H in plano EF ducatur ipſi GE perpendicularis HK. Iam quia & ang. ABH rectus [ζ] eſt: erunt [η] AB, ζ. 3. def. 11. η. 28. 1.



KH parallelae; & hinc KH
ϑ. 8. 11. erit ϑ ad planum CD recta.
Sed item & de reliquis ostendetur, quae vt KH in plano EF ad ipsam EG perpendiculares duci possunt. Ergo pla-
ι. 4. def. 11. num EF plano CD rectum ι erit. Similiter demonstrabimus, quoduis aliud planum per AB ductum plano CD rectum fore. Q.E.D.

PROP. XIX. THEOR.



Si duo plana se inuicem secantia AB, BC *plano alicui* AC *sint ad rectos angulos: communis ipsorum sectio* BD *eidem plano* AC *ad rectos angulos erit.*

Si negas: duc ex in D plano quidem AB ad AD perpendicularem DE, in plano autem BC perpendicularem DF ad DC. Sunt autem AD, DC communes sectiones planorum AB, BC cum plano AC. Ergo duae rectae ED,
κ. 4. def. 11. FD ad angulos rectos κ constitutae erunt plano AC ab vno puncto D & ab vna parte.
λ. 13. 11. Q.E.A λ.

PROP. XX. THEOR.



Si solidus angulus A *sub tribus angulis planis* BAC, CAD, BAD *contineatur: duo quilibet* CAD, BAD *reliquo* BAC *maiores sunt, quomodocunque sumti.*

Cas. 1.

Caſ. 1. Si ang. BAC, CAD, BAD aequales ſunt: euidens eſt propoſitio.

Caſ. 2. Sed ſi non ſint aequales: ſit eorum maximus BAC. In plano per BA, AC fiat ang. BAD = BAE, & capiatur AE = AD, & per E ducatur recta ſecans ipſas AB, AC in B, C, & iungantur BD, DC. Erit ergo in Δis BAD, BAE baſis BD =[μ] BE. Et quia BD μ. 4. 1.
+ DC[ν] > BC, erit DC[ξ] > EC, & ergo in ν. 20. 1. ξ. 5. ax. 1.
Δis ADC, AEC ang. DAC >[ο] EAC. Quare ο. 25. 1.
DAC + BAD >[π] BAC. Q. E. D. π. 4. ax. 1.

PROP. XXI. THEOR.



Omnis ſolidus angulus A ſub minoribus quam quatuor rectis angulis planis continetur.

In rectis enim, angulos planos BAC, CAD, DAB continentibus, ſumtis quibusuis punctis B, C, D, iungantur BC, CD, DB. Quia ergo ſolidus ang. B continetur ſub 3 planis ang. ABC, ABD, DBC: erunt ang. ABC + ABD[ρ] ρ. 20. 11.
> DBC. Eadem ratione in ſolido ang. C erunt BCA + ACD > BCD, & in ſolido ang. D erunt CDA + ADB > CDB. Ergo ABC + ABD + BCA + ACD + CDA + ADB > DBC + BCD + CDB id eſt[σ] 2 rectis. σ. 32. 1.
Sunt autem ang. ABC + ABD + BCA + ACD + CDA + ADB + BAC + CAD + DAB =[σ] 6 rectis. Ergo ang. BAC + CAD + DAB <[τ] 4 rectis. Q. E. D. τ. 5. ax. 1.

PROP. XXII. THEOR.



Si ſint tres anguli plani ABC, E, H, *quorum duo reliquo ſunt maiores quomodocunque ſumti; contineant autem ipſos rectae lineae aequales* AB, BC, DE, EF, GH, HK: *fieri poteſt, vt ex iis* AC, DF, GK, *quae rectas aequales coniungunt, triangulum conſtituatur.*

ν. 4. 1. *Caſ. 1.* Si ang. $ABC = E = H$: erit [ν] $AC = DF = GK$, ideoque duae quaeuis ipſarum tertia maiores erunt, vt ergo ex ipſis triangulum conſtitui queat. Q. E. D.

Caſ. 2. Si praedicti anguli non fuerint aequales inter ſe: fiat ang. $CBL = E$, & $BL = AB$, & iungantur AL, LC. Eſt itaque CL
φ. 24. 1. $=$ [ν] DF, & $CL + AC >$ [χ] AL. Iam quia
χ. 20. 1. ang. $E + ABC > H$, & $E = CBL$, patet eſſe
ψ. 5. ax. 1. [ψ] ang. $LBA > H$, ideoque $AL >$ [φ] GK. Ergo $DF + AC > AL > GK$. Similiter oſtendentur $AC + GK > DF$, & $DF + GK > AC$. Quum itaque ipſarum AC, DF, GK duae quae-
ω. 22. 1. uis tertia ſint maiores: triangulum [ω] ex iisdem conſtrui poteſt. Q. E. D.

PROP. XXIII. PROBL.

Ex tribus angulis planis ABC, DEF, GHK, *quorum duo reliquo sunt maiores quomodocunque sumti, solidum angulum constituere: oportet autem tres angulos quatuor rectis esse minores.*



Abscinde aequales BA, BC, ED, EF, HG, HK, & iunge AC, DF, GK, ex quibus construe △. LMN ita vt LM = AC, & MN = DF, & LN = GK, quod semper [α] fieri poterit. Dein △o. LMN circumscribe [β] circulum, & eius plano ex centro Q ad rectos angulos constitue [γ] rectam, in qua cape [δ] QR = √(ABq — LQq), & iunge RL, RM, RN. Factum erit.

α. 22. 11.
β. 5. 4.
γ. 12. 11.
δ. sch. 47. 1.

Primo demonstrabimus, semper esse AB > LQ.

Cas. 1. Cadat centrum Q intra △. LMN. Iam si non sit AB > QL: erit AB = QL aut < QL. Sit AB = QL. Iunge QM, QN. Quia ergo BC = AB = QL = QM, & [ε] AC = LM: erit ang. B = [ζ] LQM. Similiter patet esse ang. E = MQN, & ang. H = LQN. Ergo erit B + E + H = LQM + MQN + LQN

ε. constr.
ζ. 8. 1.



ν. 2. sch. LQN $=$ [ν] 4 rectis; contra hypothesin. Sit
15. 1. vero AB $<$ QL. Cape QO $=$ QP $=$ AB, & iunge OP. Erit ergo OL $=$ PM, & QO :
ϑ. 2. 6. OL $=$ QP : PM. Quare [ϑ] OP, LM erunt parallelae, & ergo in aequiangulis △ LMQ, OPQ
ι. 4. 6. erit [ι] QL : LM $=$ QO : OP. Sed QL $>$ QO.
κ. 14. 5. Ergo LM [κ] $>$ OP. Quia igitur & AC $>$ OP,
λ. 25. 1. erit [λ] ang. B $>$ OQP. Eadem ratione ang. E $>$ MQN, & H $>$ LQN. Ergo erit B $+$ E $+$ H $>$ 4 rectis; contra hyp. Igitur quia AB nec $=$ nec $<$ QL: erit AB $>$ LQ.



Cas. 2. Cadat centrum Q in latus MN. Iam si dicas AB $=$ QL: erunt DE $=$ EF $=$ AB $=$ QL $=$ QM $=$ QN, ideoque DE $+$ EF
μ. 20. 1. $=$ MN $=$ DF. Q. E. A [μ]. Si dicas AB $<$ LQ: erunt DE $+$ EF $<$ DF. Q. E. A [μ]. Ergo AB $>$ LQ.

Cas.



Cas. 3. Sit centrum Q extra △. LMN. Iam si dicas AB = LQ: erit ang. B ζ = LQM, & H = LQN. Ergo B + H = MQN = ζ E; contra hyp. Si dicas AB < QL: fac QO = AB, & QP = BC, QS = HK, & iunge OP, OS. Ergo QO = QP = QS, & vti in Casu 1. demonstrabitur LM > OP, & LN > OS. Ergo AC > OP, & GK > OS, & ang. B λ > OQP, & ang. H > OQS. Fiat ang. OQT = H, & OQV = B, & QT = QV = QO, & iungantur OV, OT, TV. Erit itaque ν OV = AC = LM, & OT = GK = LN. Sed quia ang. POQ > VOQ, & SOQ > TOQ: erit POT vel MLN > VOT, & hinc ξ MN > VT, ideoque DF > VT. Quum autem QV = ED & QT = EF, erit ang. E > λ VQT, id est E > B + H; etiam contra hypothesin. Itaque BA > LQ.

ζ. 8. 1.
λ. 25. 1.
ν. 4. 1.
ξ. 24. 1

Secundo dico, ang. solidum R esse ex tribus planis B, E, H constitutum. Quia enim QR plano circuli recta est: erunt ang. RQL, RQM, RQN recti. Sunt autem aequales LQ, MQ, NQ. Ergo ν RL = RM = RN. Et quia

QRq



QRq = ABq — LQq, ac ob id QRq +
e. 47. 1. LQq = ABq: erit • LR = AB, & ergo RM = BC, atque, ob ML = AC, ang. LRM = B. Eadem ratione ang. LRN = H, & ang. MRN = E. Quare ex tribus planis B, E, H constitutus est solidus angulus R. Q.E.F.

PROP. XXIV. THEOR.



Si solidum parallelis planis contineatur: opposita ipsius plana & aequalia & parallelogramma sunt.

1. Nam quia plana parallela BH, CF secan-
. 16. 11. tur a plano AC in rectis AB, DC: erunt AB, CD parallelae. Similiter quia plana AF, BE parallela secantur a plano AC: erunt* AD, BC parallelae. Ergo AC est Pgr. Similiter ostenditur, reliqua plana AF, HE, BE, BH, FC esse Pgra Q. E. D.

2. Iungantur AG, DE. Quia AB, BG ip-
e. 10. 11. sis DC, CE sunt parallelae: est ang. ABG e = DCE.

DCE. Sed AB[r] = DC, & BG = CE. Ergo △. AGB = DEC, & igitur Pgr. BH = Pgr. CF. Similiter oſtendetur Pgr. AC = HE, & Pgr. AF = BE. Q. E. D. r. 34. 1.

* *Scholium.*

Et quia oſtenſum eſt, ang. ABG = DCE, & AB : BG = DC : CE : patet aequiangula eſſe Pgra. oppoſita, & latera circum aequales angulos proportionalia habere, ideoque etiam ſimilia eſſe.

PROP. XXV. THEOR.



Si ſolidum parallelepipedum ABCD *plano* EF *ſecetur oppoſitis planis* AG, CH *parallelo: erit vt baſis* AELK *ad baſin* EHDL *ita ſolidum* ABFL *ad ſolidum* EMCD.

Produc enim AH vtrinque, & pone ipſi EH aequales quotcunque HN, NO, & ipſi EA aequales AP, PQ quotuis, & comple Pgra. QR, PK, DN, NS, & Ppda PT, AV, HY, NZ. Iam quia QP = PA = AE; erit[τ] Pgr. QR = PK = AL, & Pgr. PI = PB = BE. Erit quoque Pgr. TQ =[υ] VP = GA. Ergo tria plana ſolidorum PT, AV, EG tribus planis aequantur. Sed tria tribus oppoſitis[υ] aequantur. Ergo[φ] tria ſolida PT, AV, EG aequalia τ. 38. 1. υ. 24. 11. φ. 10. def. 11.



lia ſunt. Similiter oſtendetur tria ſolida OY, NC, HF aequalia eſſe. Ergo baſis QL aeque multiplex eſt baſis AL ac ſolidum TE ſolidi GE; & eadem ratione baſis OL aeque eſt multiplex baſis HL ac ſolidum OF ſolidi HF. Porro ſi baſis QL $>=<$ OL: eſt &φ ſolidum TE $>=<$ ſolido OF. Quare vt baſis
κ. 5. def. 5. AL eſt ad baſin HL κ ita ſolidum GE ad ſolidum HF. Q. E. D.

PROP. XXVI. PROBL.



Ad datam rectam lineam AB *&* *ad datum in ipſa punctam* A *dato angulo ſolido* C *aequalem angulum ſolidum conſtituere.*

Sint DCE, ECF, FCD anguli plani ſolidum C continentes. Ex quouis puncto F in recta CF de-
ψ. 11. 11. mitte in planum ECD perpendicularem ψ FG, quae ipſi occurrat in G, & iunge CG. Dein fac ang. BAH $=$ ECD, & ang. BAK $=$ ECG, & AK $=$ CG; atque ex K plano BAH erige

per-

perpendicularem [a] KL, quam fac = GF, & α. 12. 11.
iunge AL. Dico factum.

Nam fiat AB = CE, & iungantur KB, BL, GE, EF. Et quia rectae KL, GF planis BAH, ECD perpendiculares sunt: erunt ang. AKL BKL, CGF, EGF recti. Dein quia KA = GC, & AB = CE, & ang. BAK = ECG: erit [α] α. 4. 1.
BK = EG. Sed KL = GF. Ergo AL = [α]
CF, & BL = [α] EF; ac inde ang. BAL [β] = β. 8. 1.
ECF. Similiter, sumta AH = CD & iunctis HK, HL, DG, DF ostendemus ang. LAH = FCD. Ergo tres ang. plani BAH, BAL, LAH anguli solidi A tribus planis ECD, ECF, FCD solidi C aequantur. Hinc ang. solidus A =
[γ] C. Q. E. F. γ. ax. 11.

PROP. XXVII. PROBL.



A data recta linea AB *dato solido parallelepipedo* CD *simile & similiter positum solidum parallelepipedum describere.*

Fac [δ] angulo solido C = A, ita vt angulo δ. 26. 11.
GCE = KAB, & ang. FCE = HAB, & ang.
GCF = KAH. Dein fac EC : CG = [ε] BA : ε. 12. 6.
AK, ac GC : CF = KA : AH, & comple Pgr. BH, ac solidum AL.

Etenim [ζ] Pgr. KB ∾ GE, & Pgr. KH ∾ ζ. 1. def. 6.
GF, &, quia ex aequo EC : CF = BA : AH, & constr.
Pgr. BH ∾ EF. Ergo & tria reliqua Pgra.
HL,

ν. sch. 24. 11. & 21. 6. HL, LB, LK ∽ [ν] tribus reliquis DF, DE, DG.
ϑ. 9. def. 11. Quare Ppd. AL ∽ [ϑ] Ppdo. CD. Q. E. D.

PROP. XXVIII. THEOR.



Si solidum parallelepipedum AB *plano* CDEF *secetur per diagonales* CF, DE *oppositorum planorum : solidum* AB *ab ipso plano* CDEF *bifariam secabitur.*

ι. 34. 1. Quia enim Δ. GCF = [ι] Δ. CFB, & Δ ADE
κ. 24. 11. = Δ. DEH, & Pgr. AC = [κ] BE, & Pgr. GE
λ. 10. def. 11. = CH: Prisma GCFEDA = [λ] prismati CFBHDE. Q. E. D.

* *Schol.*

Prismata vero esse illas duas dimidias partes Ppdi. AB, patet ex 24. 11. & schol. eiusdem, & ex eo quod, (per 16. 11.) planum CFED parallelogrammum est. Constat itaque, prisma triangularem basin habens dimidium esse parallelepipedi aeque alti & in eadem basi GE constituti, vel in basi AH basis triangularis dupla.

PROP. XXIX. THEOR.

Solida parallelepipeda AB, AC *in eadem basi* AD *eademque altitudine, quorum insistentes lineae* AE, AF, GH, GI, KL, KM, DB, DC *in eisdem rectis lineis* EI, LC *collocantur, inter se sunt aequalia.*

Quia KB & KC sunt Pgra. & inde LB =
μ. 3. ax. 1. KD = MC: erit LM = [μ] BC, & ergo Δ.
LKM



LKM = ʼ BDC, nec non Pgr. EM = ξ HC. Eadem ratione △. AEF = GHI. Est autem ° Pgr. LA = BG, & Pgr. MA = CG. Ergo Prisma AEFMLK = π Prism. GHICBD. Hinc addito communi solido AKDGHFMB, tota Ppda AB, AC aequalia erunt. Q. E. D.

v. 8. 1.
ξ. 36. 1.
o. 24. 11.
π. 10. def. 11.

PROP. XXX. THEOR.



Solida parallelepipeda ABEH, ABDG *in eadem basi eademque altitudine, quorum lineae insistentes in eisdem lineis rectis non collocantur, inter se aequalia sunt.*

Producantur enim DF, MG, IH, EO, vt se inuicem secent in K, L, N, & iungantur KA, LP, OC, NB. Ergo Ppd. ABEH = ρ ABNK = ρ ABDG. Q. E. D. ρ. 29. 11.

PROP. XXXI. THEOR.

Solida parallelepipeda AB, CD, *quae in aequalibus sunt basibus* AE, CF, *& eadem altitudine, inter se sunt aequalia.*



Cas. 1. Sint insistentes lineae AG, BE, HI, KL, CM, DF, NO, PQ ad rectos angulos basibus AE, CF, & sit ang. PFN = HEK, NF = KE, & FP = EH. Erit ergo Pgr.

σ. 1 def. 6. CF = & ∾ σ Pgro. AE. Eadem ratione quia altitudines NO, KL aequales, & ang. ONF, ONC, LKE, LKA recti sunt: erit Pgr. ND = & ∾ ipsi KB, & Pgr. CO = & ∾ AL. Quare & reliqua Pgra reliquis aequalia & si-

τ. 10. def. 11. milia erunt, & ergo Ppd. CD = τ ipsi AB. Q. E. D.



Cas. 2. Sint iterum insistentes perpendiculares, sed ang. PFN non = HEK. Produc NF in Q, & fac ang. QFR = HEK, & FQ = HE, & FR = EK, & comple Pgr. QR ac

υ. cas. 1. solidum TR. Ergo erit Ppd. TR υ = Ppdo AB. Produc PF, SR, quae conueniant in V, & per Q duc ipsi PV parallelam QX, quam produc donec productae CP occurrat in Y, & comple Ppda TV, TP, quorum bases sunt Pgra. VQ, VQ, PQ. Iam Ppda. TV, TR eandem basin TF habentia, aequalia $^{\phi}$ sunt; & hinc Ppd. TV = AB. Sed quia Pgr. FX = $^{\chi}$ FS = $^{\psi}$ AE = $^{\omega}$ CF : erit Pgr. FX : FY = CF : FY. Atqui Ppd. TV : TP = $^{\alpha}$ Pgr. FX : FY, nec non Ppd. CD : TP = Pgr. CF : FY. Ergo Ppd. TV : TP = Ppd. CD : TP. Quare Ppd. TV = $^{\beta}$ CD, ideoque Ppd. CD = AB. Q. E. D.

ϕ. 29. 11.
χ. 35. 1.
ψ. constr.
ω. hyp.
α. 25. 11.
β. 9. 5.



Cas. 3. Non sint insistentes AG, BE, HI, KL, CM, PZ, FD, NO perpendiculares basibus. Duc a punctis B, I, G, L, D, Z, M, O ad bases perpendiculares BQ, IR, GS, LT, DV, ZX, MY, OW, & iunge ST, QR, TQ, RS, XV, YW, YX, VW. Erit ergo Ppd. MV = $^{\gamma}$ GQ. Atqui Ppd. CD = $^{\delta}$ MV, & Ppd. AB = $^{\delta}$ GQ. Ergo Ppd. CD = AB. Q. E. D. †

γ. casus praec.
δ. 29. vel 30. 11.

* *Schol.* Itaque Parallelepida aequalia AB, CD aequalium basium aeque alta sunt. Nam si alterius AB altitudo maior esset: quia ipsius AB pars capi posset aeque alta ipsi CD, foret pars Ppdi. AB = Ppdo. CD. Ergo Ppda. AB, CD inaequalia forent.

Y 2 PROP.

† Reliqui casus demonstrationem Lector facile addet. Similis enim est demonstrationi casus secundi.

PROP. XXXII. THEOR.

Solida parallelepipeda AB, CD, *quae eandem habent altitudinem, inter se sunt vt bases* AE, CF.



ε. 45. 1. Applicetur ad FG Pgr. FH = ε AE, & com-
ζ. 31. 11. pleatur Ppd. DH = ζ AB. Quia autem to-
η. 25. 11. tum Ppd. CK secatur plano DG, erit η Ppd. DH vel AB ad Ppd. CD sicut basis FH vel AE ad basin CF. Q. E. D.

* *Schol.* Hinc parallelepipedorum aequalium quod maiorem basin habet, minorem habet altitudinem. Non enim eandem; quia sic Ppda inaequalia erunt: nec maiorem; quia sic pars illius Ppdi reliquo aequealta eodem maior, & a potiori totum eodem maius erit.

PROP. XXXIII. THEOR.



Similia solida parallelepipeda AB, CD *inter se sunt in triplicata ratione homologorum laterum* AE, CF.

In productis AE, HE, GE cape EK = CF, EL = FN, EM = FR. Comple Pgr. KL, & Ppd. KO. Iam quia Ppd.

Ppd. AB ∾ CD, ideoque [ϑ] ang. AEH = CFN: erit ang. KEL = CFN, ac propterea [ι] Pgr. KL = & ∾ CN. Eadem ratione Pgr. KM = ∾ CR, & Pgr. OE = ∾ DF. Quoniam ergo & tria reliqua Pgra tribus reliquis aequalia & similia [κ] sunt: erit Ppd. KO = ∾ [λ] CD. Comple Pgr. HK, & fac Ppda HP, PL eiusdem altitudinis EG cum Ppdo AB. Et quia [ϑ] AE : CF ÷ EH : FN = EG : FR: erit AE : EK = HE : EL = GE : EM. Est vero [μ] AE : EK = AH : HK, & HE : EL [μ] = HK : KL, & GE : EM = [μ] PE : KM. Quare AH : HK = HK : KL = PE : KM. Porro AH : HK = [ν] Ppd. AB : Ppd. BK; & HK : KL = [ν] Ppd. BK : PL; & PE : KM = Ppd. PL : KO. Ergo ÷ Ppda AB, BK, PL, KO, ideoque AB : KO = [ξ] $(AB : BK)^3 = (AH : HK)^3 = (AE : EK)^3 = (AE : CF)^3$. Q. E. D.

ϑ. 9. def. 11. & 1. def. 6.
ι. 4. 1. & 34. 1. & 1. def. 6.
κ. sch. 24. 11.
λ. 10. def. 11.
μ. 1. 6.
ν. 32. 11.
ξ. 11. def. 5.

Corollarium.

Hinc, si quatuor rectae lineae continue proportionales fuerint, est vt prima ad quartam, ita solidum parallelepipedum, quod fit a prima, ad solidum a secunda simile & similiter descriptum.

PROP. XXXIV. THEOR.

Aequalium solidorum parallelepipedorum AB, CD *bases* AE, CF *sunt reciproce proportionales altitudinibus* AG, CH. *Et quorum solidorum parallelepipedorum* AB, CD *bases* AE, CF *sunt reciproce proportionales altitudinibus* AG, CH, *ea inter se sunt aequalia.*



Caſ. 1. Si inſiſtentes rectae AG, EB, IK, NO, CH, LM, FD, PQ ſunt baſibus AE, CF perpendiculares.

Hyp. 1. Si Ppd. AB = CD, & baſis AE = CF: erit & alt. AG =[ϛ] CH. Ergo AE: CF = CH: AG. Sin autem alterutra baſis AE > altera CF: quia tunc al-

ϛ. ſch. 31. 11.

π. ſch. 32. 11. titudo AG <[π] CH, cape CR = AG, & comple Ppd. SC. Iam quia AB = CD, erit AB: CS = CD : CS. Sed AB : CS =[ρ] AE : CF,

ρ. 32. 11. & CD: CS =[ρ] Pgr. CM : Pgr. RL =[σ] CH:

σ. 1. 6. CR = CH : AG. Quare iterum eſt AE : CF = CH : AG. Q. E. D.

Hyp. 2. Sit AE : CF = CH : AG. Iam ſi baſis AE = CF: erit & AG = CH, ideoque

τ. 31. 11. Ppd. AB =[τ] CD. Si vero AE > CF: erit

υ. ſch. 32. 11. CH >[υ] AG. Pone rurſus CR = AG, & comple Ppd. CS. Ergo AE : CF = CH : CR. Sed AE : CF =[ρ] AB: CS, & CH : CR =[σ] CM : RL =[ρ] CD : CS Ergo AB : CS =

φ. 9. 5. CD : CS. Igitur iterum AB =[φ] CD. Q. E. D.

Caſ.



Caf. 2. Si infiftentes AG, EB, CH &c. bafibus AE, CF non funt perpendiculares: demitte x in bafes perpendiculares GR, BS, OT, KV, HW, MX, DY, QZ, & completa intellige Ppda KT, MZ. x. 11. 11.

Hyp. 1. Iam fi Ppd. AB = CD: quia Ppd. AB = ψ KT, & Ppd. CD = MZ, erit Ppd. KT = MZ. Quum itaque fit a BG: DH = DY: BS: erit a AE: CF = DY: BS. Q. E. D. ψ. 30. & 29. 11. a. caf. 1.

Hyp. 2. Deinde fi bafis AE : CF = alt. DY : BS: erit & a BG : DH = DY : BS. Ergo Ppd. KT = a MZ, ideoque Ppd. AB = ψ CD. Q. E. D. a. 24. 11.

* *Coroll.*

Oftenfum eft fub hyp. 1. caf. 1. Ppda. recta CD, CS aequalium & fimilium bafium effe inter fe vt altitudines CH, CR. Et quia his duobus Ppdis quaeuis alia duo aequalia & aeque alta fumi poffunt (per 31. 11.): patet in vniuerfum duo quaecunque Ppda aequalium bafium effe in ratione altitudinum.

* *Schol.*

Propofitiones 31. 32. 33. & 34. cum fuis fcholiis & corollariis valent quoque de Prifmatis triangularibus, propter ea quae oftenfa funt in prop. 28.

PROP. XXXV. THEOR.



Si sint duo anguli plani BAC, EDF *aequales; & in ipsorum verticibus* A, D *rectae sublimes* AG, DH *constituantur, quae cum rectis lineis a principio positis angulos contineant aequales, alterum* GAB, GAC *alteri* HDE, HDF; *in sublimibus autem sumantur quaevis puncta* G, H, *atque ab ipsis ad plana, in quibus sunt anguli primi* BAC, EDF, *perpendiculares ducantur* GK, HL; *& a punctis*, K, L, *quae a perpendicularibus fiunt in planis, ad primos angulos iungantur rectae lineae* KA, LD: *cum sublimibus aequales angulos* KAG, LDH *continebunt.*

Pone AN = DH, & in plano AGK duc NO parallelam ad GK, quae ergo plano BAC
β. 8. 11. perpendicularis β erit. A punctis O, L duc ad rectas AB, AC, DE, DF perpendiculares OB, OC, LE, LF, & iunge NC, NB, HE, HF,
γ. 47. 1. CB, FE. Iam quia ANq =γ NOq + OAq, & OAq =γ OCq + ACq, & NOq + OCq =γ NCq: erit ANq = NCq + CAq, ideo-
δ. 48. 1. que δ ang. NCA rectus. Similiter ostenditur ang. HFD rectus. Quare ang. NCA = HFD. Et quia NAC = HDF, ac AN = DH: erit
ε. 26. 1. AC =ε DF. Eadem ratione AB = DE.
ζ. 4. 1. Quare CB =ζ FE, & ang. ACB = DFE, &
η. 3. ax. 1. ang. ABC = DEF. Hinc η ang. OCB = LFE,

&

& ang. OBC $=$ LEF, & ob CB $=$ FE, eſt CO $=$ [f] FL. Vnde patet [g] AO $=$ DL. Hinc quoniam NOq + OAq $=$ ANq $=$ DHq $=$ HLq + LDq : erit ONq $=$ HLq & NO $=$ HL. Igitur conſtat ang. KAG $=$ [g] LDH. Q. E. D. g. 8. 1.

Corollar.

Ex hoc vero manifeſtum eſt, ſi ſint duo anguli plani rectilinei aequales, ab ipſis autem conſtituantur ſublimes rectae lineae aequales, quae cum rectis lineis a principio poſitis aequales contineant angulos, alterum alteri, perpendiculares NO, HL, quae ab ipſis ad plana in quibus ſunt primi anguli ducuntur, inter ſe aequales eſſe.

PROP. XXXVI. THEOR.

Si tres rectae lineae A, B, C, *proportionales ſint : ſolidum parallelepipedum, quod a tribus fit, aequale eſt ſolido parallelepipedo, quod fit a media* B, *aequilatero quidem, aequiangulo autem antedicto.*



Exponatur angulus ſolidus D, & ipſi B aequales fiant DE, DG, DF, & compleatur Ppd. DH, quod erit factum a B. Ponatur KL $=$ A, & ad punctum K fiat [i] ang. ſolidus K $=$ D, ac KM $=$ B, & KN $=$ C, & compleatur Ppd. KO, quod erit factum a tribus A, B, C, & ae- i. 26. 11.

 qui-



κ. ax. 11. & quiangulum ipsi DH^κ. Et quia^λ KL : DG =
29. 1. DE : KN, & ang. LKN = GDE : erit Pgr.
λ. constr. NL =^μ EG. Deinde quia &^λ ang. MKN
μ. 14. 6. = FDE, & ang. MKL = FDG, & KM = DF:
erunt perpendiculares a punctis M, F ad plana
ν. cor. 35. 11. NL, EG ductae aequales^ν; id est Ppda DH,
KO, aequales bases habentia EG, NL, aeque-
ξ. 4. def. 6. alta^ξ erunt, ac ergo aequalia^ο. Q. E. D.
ο. 31. 11.

PROP. XXXVII. THEOR.

Si quatuor rectae lineae A, B, C, D *proportionales sint: & quae ab ipsis fiunt solida parallelepipeda* E, F, G, H *similia & similiter descripta proportionalia erunt. Et si quae ab ipsis fiunt solida parallelepipeda* E, F, G, H *similia & similiter descripta proportionalia sint: & ipsae rectae lineae* A, B, C, D *proportionales erunt.*



π. 33. 11. 1. Nam quia Ppd. E ∾ F: erit E : F =^π
$(A:B)^3$. Eodem argumento erit G : H =
ρ. hyp. & 1. $(C:D)^3$. Sed $(A:B)^3$ =^ρ $(C:D)^3$. Er-
sch. 22. 5. go E : F = G : H. Q. E. D.

2. Quia,

2. Quia, vt antea, $E : F = (A : B)^3$, & $G : H = (C : D)^3$, atque $E : F = G : H$: erit $(A : B)^3 = (C : D)^3$, ideoque $A : B =$ [σ] $C : D$. Q. E. D. σ. 2. sch. 22. 5.

PROP. XXXVIII. THEOR.

Si planum AB *ad planum* AC *rectum sit, & ab vno puncto* D *eorum, quae sunt in vno plano* AB, *ad alterum planum* AC *perpendicularis ducatur; ea in communem planorum sectionem* AE *cadet.*



Si negas, cadat extra, vt DF, & a puncto F in plano AC duc ad AE perpendicularem FG, & iunge DG. Iam quia FG perpendicularis [τ] est plano AB: erit ang. FGD rectus [υ]. Sed & ang. DFG rectus [υ] est. Quare in △ GDF duo recti sunt. Q. E. A.

τ. 4. def. 11.
υ. 3. def. 11.

PROP. XXXIX. THEOR.

Si in solido parallelepipedo AB *oppositorum planorum* AC, BD *latera secentur bifariam; per sectiones vero plana ducantur* EFGH, IKLM: *communis planorum sectio* NO *& solidi parallelepipedi diameter* PQ *se mutuo bifariam secabunt.*

Iun-



Iungantur QO, OT, PN, NS. Quoniam QB, DT sunt parallelae: erit ang. QLO $=^{\varphi}$ OMT. Praeterea QL $^{\chi}=$ TM. Et quia $^{\psi}$ ML, DQ parallelae sunt, item DT, GH, QB: erit MO $=^{\chi}$ DG $=^{\omega}$ GQ $=^{\chi}$ OL. Quare $^{\alpha}$ QO $=$ OT, & ang. QOL $=$ MOT, & ob id $^{\beta}$ QOT recta. Similiter demonstratur, SN $=$ NP, & SNP rectam esse. Et quia PT, SQ, ipsi CB aequales $^{\chi}$ & parallelae, ipsae aequales & parallelae sunt: erunt & TQ, PS aequales $^{\psi}$ & parallelae. Ergo rectae NO, PQ sunt in eodem $^{\gamma}$ plano TS, & se mutuo secabunt in R. Sed quia $^{\varphi}$ ang. OQR $=$ RPN, & ang. QOR $=$ PNR, & QO $=^{\delta}$ PN: erit $^{\epsilon}$ OR $=$ RN, & QR $=$ RP. Q. E. D.

φ. 29. 1.
χ. 34. 1.
ψ. 33. 1.
ω. constr.
α. 4. 1
β. 3. sch. 15. 1.
γ. 7. 11.
δ. 7. ax. 1.
ε. 26. 1.

* *Schol.*

Hinc in omni parallelepipedo diametri omnes se mutuo bisecant in vno puncto R.

PROP. XL. THEOR.

Sint duo prismata ABCDEF, GHKLMN *aequealta, quorum vnum quidem basin habeat parallelogrammum* ABCD, *alterum vero triangulum* GHN, *&* *parallelogrammum* ABCD *duplum sit trianguli* GHN: *aequalia erunt ipsa prismata.*

Com-



Compleantur enim Ppda. AO, HP. Et quoniam Pgr. AC = 2 △ GNH = ζ Pgr. GN, atque ſolida aequealta ſunt: erit Ppd. AO = η HP, ideoque Pr. ABCDEF = θ Pr. GHKLMN. Q. E. D. ζ. 34. 1. η. 31. 11. θ. 28. 11.

* Scholium.

Ex iis quae hactenus oſtenſa ſunt demonſtrari poteſt, *parallelepipeda quaevis* AB, CD, *nec non priſmata triangularia, eſſe in ratione compoſita baſium* AE, CF *& altitudinum* BE, DF.



Intelligatur enim aliud Ppd. DH, cuius baſis FH = baſi AE Ppdi. AB, & altitudo DF = altitudini Ppdi CD. Et quoniam eſt AB : HD = ι BE : FD, & HD : CD = κ FH : CF = AE : CF: erit AB : CD = λ (AE : CF) + (BE : DF). Ergo Parallelepipeda, & triangularia priſmata, Parallelepipedorum dimidia, ſunt inter ſe vt baſes & altitudines. Q. E. D. ι. cor. 34. 11. κ. 32. 11. λ. 5. def. 6.

Quae



Quae quum ita ſint, patet fundamentum methodi, qua parallelepipeda & priſmata in Geometria practica metiuntur. Sumunt enim cubum AB, & latus eius BE pro vnitate, qua metiuntur baſin Ppdi CD & altitudinem: & ex multiplicatione numerorum, qui baſin & altitudinem exprimunt, gignitur numerus, qui ſoliditatem Ppdi CD exprimit. Sit (per 4. ſch. 23, 6) baſis CF = 9 AE, & altitudo DF = 2 BE: & quia CD : AB = (CF : AE) + (DF : BE) = (9 : 1) + (2 : 1) = [λ] 18 : 1; erit CD = 18 AB.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER XII.

PROP. I. THEOR.



Similia polygona ABCDE, FGHKL *circulis inscripta inter se sunt vt quadrata a diametris* BM, GN.

Iungantur BE, AM, GL, FN. Quia polygona similia sunt: est $^\alpha$ ang. BAE = GFL, & BA : AE = GF : FL; ideoque $^\beta$ ang. AEB = FLG. Ergo ang. AMB = $^\gamma$ FNG; Et, quia praeterea ang. BAM = $^\delta$ GFN, est BM : GN = $^\epsilon$ BA : GF. Hinc pol. ABCDE : pol. FGHKL = $^\kappa$ (BA : GF)^2 = $^\lambda$ (BM : GN)^2 = $^\kappa$ BMq : GNq. Q. E. D.

α. 1. def. 6. β. 6. 6. γ. 21. 3. & 1. ax. 1. δ. 31. 3. ϵ. 4. 6. κ. 20. 6. λ. 1. sch. 22. 5.

* *Schol.* Et quia AB : GF = BC : GH &c. = BM : GN : patet $^\mu$ similium polygonorum circulis inscriptorum perimetros AB + BC + CD + DE + EA, & FG + GH + HK + KL + LF, esse in ratione diametrorum.

μ. 12. 5.

PROP.

PROP. II. THEOR.



Circuli ABCD, EFGH *inter se sunt vt quadrata a diametris* BD, FH.

Si negas: erit vt BDq ad FHq ita circulus ABCD ad spatium S circulo EFGH minus vel maius. Sit primo S < EFGH. In circulo
ν. 6. 4. EFGH descriptum sit [ν] quadratum HGFE,
ξ. sch. 7. 4. quod [ξ] maius erit dimidio circulo. Circum-
ο. 30. 3. ferentiae EF, FG, GH, HE bisectae [ο] sint in I, K, L, M, & iungantur EI, IF, FK, KG, GL, LH, HM, ME. Erit similiter quodlibet △ EIF > ½ segmento EIF, quoniam, ducta per I parallela ad EF & completo pgro. rectangulo NF, est △ EIF = ½ NF. Reliquis ergo circumferentiis semper bisectis, & talibus triangulis a reliquis segmentis semper ablatis: relinquentur tandem segmenta, quae simul sumta erunt
π. 1. 10. [π] < EFGH — S. Sint reliqua haec segmenta, quae sunt super rectis EI, IF, FK, KG, GL, LH, HM, ME. Ergo polygonum
ρ. 5. ax. 1. EIFKGLHM > [ρ] S. Describe in circulo ABCD polygonum ABCD ∾ ipsi EIFKGLHM. Erit ergo illud polygonum ad hoc,
σ. 1. 12. vt [σ] BDq ad FHq, siue vt [τ] circulus ABCD
τ. hyp. ad spatium S. Minus autem est pol. ABCD

CD circulo in quo inscriptum est: ergo & polyg. EIFKGLHM < ^{v} S. Q. E. A. Non v. 14. 5.
ergo est vt BDq ad FHq ita circ. ABCD ad spatium minus circulo EFGH.

2. Si ponis S > EFGH: quia sic erit vt FHq ad BDq ita S ad circ. ABCD, atque S ad circ. ABCD ^{v} vt circulus EFGH ad spatium minus circulo ABCD: erit vt FHq ad BDq ita circ. EFGH ad spatium minus circulo ABCD. Q. F. N. $^\phi$ Quare vt BDq ad φ. per part. 1.
FHq ita circ. ABCD ad circ. EFGH. Q. E. D.

* *Schol.*

Similia ergo ^{e} polygona in circulis inscripta e. 1. 12.
sunt vt iidem circuli.

PROP. III. THEOR.

Omnis pyramis ABCD † *triangularem habens basin* ABC *diuiditur in duas pyramides aequales & similes inter se, quae triangulares bases habent, easque similes toti, nec non in duo prismata aequalia, quae dimidio quidem totius pyramidis sunt maiora.*

Biseca

† Nota, litterarum pyramidem designantium vltimam nobis semper eam esse, quae vertici est apposita, tres autem priores eas, quae ad basin pertinent. Contra, in angulo solido designando prima est quae ad verticem.



Biseca enim AB, BC, CA, AD, DB, DC, in punctis E, F, G, H, K, L, & iunge EG, EH, HG, per quas ductum planum abscindet pyramid. AEGH. Iunge etiam HK, KL, LH, & ducto per has plano a reliquo solido abscindetur pyr. HKLD. Iam quia AE = EB, & AH = HD: erunt EH, BD ϰ parallelae. Similiter quia AH = HD, & BK
ϰ. 2. 6. = KD: erunt & HK, AB ϰ parallelae. Quare
ψ. 34. 1. re HK = ψ BE = EA. Sed est ω ang. KHD
ω. 29. 1. = EAH. Ergo △ KDH = ∾ α △o EHA
α. 4. 1. & sch. 6. 6. & EH = KD. Eodem modo patet △. HDL
= ∾ △o HAG, & DL = GH. Et quia ob parallelas EH, BD, & HG, DC, ang. KDL
β. 10. 11. = β EHG; erit △ KDL α = ∾ △o EHG.
Eadem ratione ostenditur △. KHL = ∾ △o
γ. 10. def. 11. EAG. Ergo pyr. HKLD = ∾ γ pyr. AEGH.
Porro, quum AB, HK parallelae sint, △a ADB,
δ. 3. sch. 4. 6. HDK ω aequiangula, ideoque δ similia sunt; & eadem ratione △ BDC ∾ δ △o KDL; nec non △. ADC ∾ δ △o HDL; atque, quum sit
ε. 2. sch. 4. 6. ang. BAC = KHL, & BA : KH = ε AD : DH =
ζ. 6. 6. AC : HL, △ BAC ∾ ζ △o KHL. Hinc erit pyr. BACD γ ∾ pyr. KHLD ∾ pyr. AEGH.

Deinde iunctis KF, FG, reliquum solidum diuidi poterit in duo prismata, quorum vnum

habet

habet basin Pgr. EGFB, & lineam basi oppositam HK, alterum basin △ GFC & oppositam basin △ HKL. Sunt ergo haec prismata aeque alta, &, quia Pgr. EGFB = [q] 2 △i GFC, aequalia [9]. Sed pyramide EFBK, quae fit iunctis EK, EF, maius est prisma EGFBKH; & pyr. EBFK = [γ] pyr. AEGH (aequalibus enim & similibus triangulis continentur): ergo Pr. EGFBKH + Pr. GFCLKH > pyr. AEGH + pyr. HKLD. Est autem Pr. EGFBKH + Pr. GFCLKH + pyr. AEGH + pyr. HKLD = pyr. ABCD. Ergo pr. EGFBKH + pr. GFCLKH > $\frac{1}{2}$ pyr. ABCD. Q. E. D.

q. 41. 1.
9. 40. 11.

PROP. IV. THEOR.



Si sint duae pyramides aeque altae ABCD, EFGH, *quae triangulares bases habent* ABC, EFG; *diuidatur autem vtraque ipsarum & in duas pyramides* AKLM, MQRD, ENOP, PSTH, *aequales inter se similesque toti, & in duo prismata aequalia* KLVBQM, LVCRQM, NOXFSP, OXGTSP; *atque ortarum pyramidum vtraque eodem modo diuidatur, idque semper fiat: erit vt vnius pyramidis basis* ABC *ad basin* EFG *alterius, ita prismata omnia in* *vna pyramide* ABCD *ad prismata omnia in altera pyramide* EFGH *numero aequalia.*



ι. 15 5. Quia BC = 2 CV, & FG = 2 GX : erit [ι] BC : CV = FG : GX. Sed quum, vt in praecedenti propositione, constet, △ ABC ∾ △o VLC, & △ FEG ∾ △o XOG : erit △ ABC : △ VLC

κ. 22. 6. = [κ] △. FEG : △ XOG, & alternando △ ABC : △ FEG = △ VLC : △ XOG. Sed △ LVC :

λ. Lemma sequens. △ XOG = [λ] pr. VLCRQM : Pr. XOGTPS

μ. 7. 5. = [μ] pr. KLVBQM : pr. NOXFSP. Ergo △

ν. 12. 5. ABC : △ FEG = [ν] pr. VLCRQM + pr. KLVBQM : pr. XOGTPS + pr. NOXFSP. Idem vero demonstrabitur de pyramidibus AKLM, ENOP, scilicet vt basis AKL ad basin ENO ita esse duo prismata aequalia in pyr. AKLM ad duo prismata aequalia in pyr. ENOP. Itaque, quia eodem, quo modo vsi sumus, argumento, patet esse [*] △ ABC : △ EFG = △ AKL : △ ENO : erunt [ν] vt △ ABC ad △ EFG sic 4 prismata in pyr. ABCD ad 4 prismata in pyr. EFGH. Et similiter procedit demonstratio ad quotcunque paria prismatum in vtraque pyramide. Q. E. D.

LEM-

LEMMA.

Ostendendum est, vti △ LVC ad △ XOG ita esse prisma VLCRQM ad prisma OXG-TPS.

Intelligantur enim ex punctis D, H in bases VLC, XOG demissa perpendicula, quae ο aequalia erunt. Iam quia perpendicularis ex D demissa, & recta DC secantur a planis QMR, VLC, quae ob parallelas π MR & AC, RQ & CV parallela ρ sunt: erit pars perpendicularis inter D & planum MQR ad partem reliquam σ, vt DR ad RC. Sed DR = τ RC: quare pars perpendiculi inter basin VLC & basin oppositam QMR prismatis VLCRMQ erit dimidium perpendiculi totius ex D demissi. Eadem ratione pars perpendiculi ex H cadentis, quae est inter bases prismatis OXGTSP dimidium erit totius. Erunt ergo prismata VLCRMQ & OGXSTP υ aeque alta, ac ob id in ratione φ basium VLC, OXG. Q. E. D.

ο. hyp. & 4. def. 6.
π. dem. 3. 12.
ρ. 15. 11.
σ. 17. 11.
τ. hyp.
υ. 7. ax. 1.
φ. 32. 11.

PROP. V. THEOR.



Pyramides ABCD, EFGH, *quae in eadem sunt altitudine, & triangulares bases* ABC, EFG *habent, inter se sunt vt bases* ABC, EFG.

 Si



Si negas: ſit ABC : EFG = ABCD : X, ſitque primo X < pyr. EFGH. Diuidatur pyr. EFGH vt in prop. III. & rurſus pyramides ortae eodem modo diuidantur, fiatque hoc
x. 1. 10. ſemper, vsque dum x duae reliquae pyramides EILK + KMNH < pyr. EFGH — X. Erunt itaque reliqua duo priſmata in pyr. EF-
ψ. 5. ax. 1. GH > ψ ſolido X. Diuidatur etiam pyr. ABCD ſimiliter & in totidem partes ac pyr. EFGH. Ergo priſmata in pyr. ABCD erunt
ω. 4. 12. ad priſmata in pyr. EFGH = ω ABC : EFG = ABCD : X. Quare quum pyr. ABCD ſit maior priſmatis quae in ipſa ſunt: erit & ſo-
α. 14. 5. lidum X maius α quam priſmata in pyr. EFGH, & ergo quam ipſa pyramis EFGH; contra hypotheſin.

Sed pone X > pyr. EFGH. Erit ergo vt X ad pyr. ABCD, ita * pyr. EFGH ad ſolidum pyramide ABCD minus. Sed inuertendo eſt EFG : ABC = X : ABCD. Ergo vt EFG ad ABC ita pyr. EFGH ad ſolidum py-
β per part. 1. ramide ABCD minus. Q. E. A β. Erit itaque X nec < nec > pyr. EFGH, ſed ipſi aequale. Ergo ABC : EFG = ABCD : EFGH. Q. E. D.

PROP.

PROP. VI. THEOR.



Pyramides ABCDEF, GHIKLM, *quae in eadem sunt altitudine, & polygonas bases habent, inter se sunt vt bases.*

Bases diuidantur in triangula ABC, ACD, ADE, GHI, GIK, GKL, super quibus intelligantur pyramides aeque altae ipsis ABCDEF, GHIKLM. Iam quia pyr. ABCF : ACDF $=^{\gamma}$ $\triangle$ ABC : $\triangle$ ACD : erit componendo pyr. ABCDF : pyr. ACDF = ABCD : ACD. Sed pyr. ACDF : ADEF $=^{\gamma}$ ACD : ADE. Ergo ex aequo pyr. ABCDF : ADEF = baſ. ABCD : ADE, & componendo pyr. ABCDEF : ADEF = baſ. ABCDE : ADE. Eadem ratione pyr. GHIKLM : GKLM = baſ. GHIKL : GKL. Sed pyr. ADEF : GKLM $=^{\gamma}$ baſ. ADE : GKL. Ergo ex aequo pyr. ABCDEF : GKLM = baſ. ABCDE : GKL. Atqui eſt inuertendo pyr. GKLM : GHIKLM = baſ. GKL : GHIKL. Quare ex aequo pyr. ABCDEF : GHIKLM = baſ. ABCDE : GHIKL. Q. E. D. γ. 5. 12.

PROP. VII. THEOR.

Omne priſma ABCDEF *triangularem habens baſin* ABC *diuiditur in tres pyramides aequales inter ſe, quae triangulares baſes habent.*



Iungantur enim AF, CE, CF: & orientur tres pyramides, triangulares bases habentes, ABFC, EAFC, CDEF. Iam quia ABFE est Pgr. eiusque diameter AF: erit △ ABF [ε] = △ EAF. Ergo pyr. ABFC

ε. 34. 1.
ζ. 5. 12. = [ζ] pyr. EAFC. Sed pyr. EAFC eadem est quae pyr. AECF; atque pyramides AECF, CDEF, aequales [ε] bases ACE, CDE & eundem verticem F habentes, aequales [ζ] sunt. Ergo pyr. ABFC = pyr. EAFC = pyr. CDEF. Q. E. D.

Cor. Et quia pyr. ABFC eadem est cum pyr. ABCF: manifestum est pyramidem ABCF, quae cum prismate ABCDEF eandem habet triangularem basin ABC & eandem altitudinem, tertiam partem esse prismatis. Ergo [η] omnis pyramis tertia pars est prismatis basin habentis eandem, & al-
η. 2. ax. 1.
titudinem aequalem: quoniam, si basis prismatis aliam quandam figuram rectilineam obtineat, diuiditur in prismata, quae triangulares habent bases.

PROP. VIII. THEOR.

Similes pyramides ABCD, EFGH, *quae triangulares bases* ABC, EFG *habent*, *sunt in triplicata ratione homologorum laterum* AB, EF.

Compleantur solida Ppda ABKL, EFMN.
ϑ. 9. def. 11. Et quia pyr. ABCD ∾ pyr. EFGH: erit [ϑ] ang. ABD = EFH, & ang. ABC = EFG, & ang.



ang. DBC = HFG, & DB : HF = BA : FE = BC : FG. Ergo erit Pgr. BO ∾ [ι] pgr. FP, & pgr. BL ∾ pgr. FN, & pgr. BQ ∾ pgr. FR. Tria ergo reliqua pgra. KC, AK, KD tribus reliquis pgris MG, EM, MH similia [κ] erunt. Hinc Ppd. BK ∾ [ϑ] Ppdo FM, ac ergo Ppd. BK : Ppd. FM = [λ] $(AB : EF)^3$. Sed quia pyramides ABCD, EFGH sunt sextae partes [μ] Ppdorum BK, FM: erit [ν] Pyr. ABCD : pyr. EFGH = Ppd. BK : Ppd. FM. Ergo Pyr. ABCD : pyr. EFGH = $(AB : EF)^3$. Q. E. D.

ι. 1. def. 6.
κ. sch. 24. 11.
λ. 33. 11.
μ. cor. 7. 12. & sch. 28. 11.
ν. 15. 5.

Coroll. Ex hoc perspicuum est, similes pyramides, quae polygonas habent bases, inter se esse in triplicata ratione homologorum laterum. Ipsis enim diuisis in pyramides triangulares bases habentes; quoniam & similia polygona basium in triangula numero aequalia & homologa totis [ξ] diuiduntur: erit [ο] vt vna pyramis in altera pyramide triangularem basin habens ad vnam pyramidem in altera triangularem basin habentem, ita tota illa pyramis polygonam basin habens ad totam hanc. Sed pyramides istae triangularium basium sunt in triplicata ratione laterum homologorum: Ergo & pyramides polygonarum basium.

ξ. 20. 6.
ο. 6. 12. & 11. 5. & 16. 5.

PROP. IX. THEOR.



Aequalium pyramidum ABCD, EFGH *triangulares bases habentium, bases* ABC, EFG *sunt altitudinibus* DB, HF *reciproce proportionales. Et quarum pyramidum, triangulares bases habentium, bases* ABC, EFG *sunt altitudinibus* DB, HF *reciproce proportionales, illae inter se aequales sunt.*

Hyp. 1. Compleantur enim solida parallelepipeda BK, FL pyramidibus aeque alta. Et quia Ppd. BK = 6 pyr. ABCD = 6 pyr. EFGH = Ppd. FL: erit vt HF: DB = [π] BM: FN = [ϛ] ABC: EFG. Q.E.D.

π. 34. 11.
ϛ. 34. 1.

Hyp. 2. Quia vt HF: DB = ABC: EFG = [ϛ] BM: FN: erit Ppd. BK = [π] Ppdo FL, ergo Pyr. ABCD = [σ] Pyr. EFGH. Q. E. D.

σ. 6. ax. 1.

* *Schol.* 1. Idem de pyramidibus polygonarum basium valet (per cor. 7. 12. & sch. 34. 11): quia in pyramides triangularium basium dividi possunt.

* 2. Quae de pyramidibus demonstrata sunt in prop. 6. 8. 9, ea & quibuscunque prismatis conueniunt, quippe quae tripla sunt pyramidum easdem bases & altitudines habentium.

* 3. Hinc autem per se patet ex sch. 40. 11. dimensio quorumuis prismatum & pyramidum.

PROP.

PROP. X. THEOR.



Omnis conus tertia pars est cylindri, qui eandem basin ABCD *habet, & altitudinem aequalem.*

1. Si negas: sit cylindrus > triplo coni. Describatur in circulo quadratum ABCD, super quo intelligatur prisma aeque altum cylindro. Et quia hoc prisma dimidium est prismatis aeque alti [τ] super quadrato circa circulum circumscripto erecti; dimidium autem huius prismatis > dimidio cylindro: erit & illud prisma > dimidio cylindro. Bisecentur peripheriae in punctis E, F, G, H, quae connectantur rectis, atque a △is AEB, BFC, CGD, DHA intelligantur erecta prismata cylindro aeque alta. Et quoniam vnumquodque horum prismatum dimidium est [υ] Ppdi aeque alti erecti super Pgro. rectangulo trianguli duplo; hoc autem Ppdum > respectiuo segmento cylindri: patet, vnumquodque horum prismatum > esse dimidio respectiui segmenti cylindri. Igitur reliquas circumferentias bisecantes, & super singulis, quae orientur, triangulis prismata erigentes, & hoc semper facientes, relinquemus tandem [φ] segmenta cylindri, quae simul sumta minora erunt excessu cylindri supra triplum coni. Sint reliqua haec segmenta, quae super segmentis circuli AE, EB, BF, FC, CG, GD, DH, HA

τ. 32. 11.

υ. sch. 28. 11.

φ. 1. 10.



HA consistunt. Igitur prisma, quod basin polygonam AEBFCGDH habet, & cylindro aeque altum est, erit > triplo coni; ideoque pyramis, cuius basis est AEBFCGDH, & vertex idem qui coni, ϰ > erit cono; pars toto. Q. E. A.

ϰ. cor. 7. 12.

2. Sit cylindrus < triplo coni: erit conus > $\frac{1}{3}$ cylindri. Sed quia iisdem, quibus modo vsi sumus, argumentis ψ, euincitur, pyramidem cono aeque altam & cuius basis est quadratum ABCD > esse dimidio coni, & vnamquamque pyramidum cono aeque altarum super triangulis AEB, BFC &c. > esse dimidio respectiui segmenti coni: iterum patet, circumferentias semper bisecando, & super ortis sic triangulis pyramides semper erigendo, relictum iri segmenta coni minora excessu coni supra $\frac{1}{3}$ cylindri. Sint haec segmenta, quae sunt super segmentis circuli AE, EB, BF &c. Quare quum reliqua pyramis, cuius basis est polyg. AEBFCGDH, & vertex idem qui coni > sit $\frac{1}{3}$ cylindri: erit prisma cono vel cylindro aeque altum & basin polyg. AEBFCGDH habens maius ϰ quam cylindrus; pars quam totum. Q. E. A.

ψ. 6. 12.

PROP. XI. THEOR.

Coni & cylindri, qui eandem habent altitudinem AB, CD, *inter se sunt vt bases* EFGH, KLMN.

1. Sit



1. Sit vt circ. EFGH ad circ. KLMN ita conus FB ad aliud solidum O, quod sit $<$ cono LD; & sit LD — O $=$ P. Supposita praeparatione & argumentatione praecedentis propositionis, erunt segmenta coni, quae in ipsis QL, LR, RM &c. $<$ P. Ergo pyr. KQLRMSNTD $>$ O. Fiat in circ. EFGH simile polygonum EVFXGYHZ. Iam quia
pyr. EVFXGYHZB: pyr. KQLRMSNTD $=^{\alpha}$ α. 6. 12.
polyg. EVFXGYHZ: pol. KQLRMSNT $=^{\alpha}$ α. sch. 2. 12.
circ. EFGH: circ. KLMN $=^{\beta}$ conus FB: O; β. hyp.
atque pyr. EVFXGYHZB $<^{\gamma}$ cono FB: erit γ. 9. ax. 1.
& pyr. KQLRMSNTD $<^{\delta}$ solido O; quod δ. 14. 5.
repugnat ostensis. Non ergo est vt basis A ad basin C ita conus A ad solidum cono C minus.

2. Si ponas O $>$ cono LD: erit vt O ad conum FB, ita conus LD ad solidum $^{\delta}$ minus cono FB, & ergo vt circ. KLMN ad circ. EFGH, ita conus LD ad solidum minus cono FB. Q. F. N.$^{\epsilon}$ Itaque coni aeque alti, & ε. part. 1.
proinde cylindri $^{\zeta}$ aeque alti, sunt inter se vt ζ. 10. 12.
bases. Q. E. D.

* *Schol.* 1. Coni ergo, item cylindri, quorum tam bases quam altitudines aequales sunt, ipsi inter se aequales sunt.

* 2. Quare conorum, item cylindrorum, aequales bases habentium, qui maiorem axin habet, maior est.

PROP. XII. THEOR.



Similes coni & cylindri inter se sunt in triplicata ratione diametrorum basium AB, CD.

Sint bases circuli AEBF, CGDH, & axes IK, LM; & sit conus AEBFK ad solidum quoddam N in triplicata ratione ipsius AB ad CD.

1. Pone N $<$ cono CGDHM. Factis iisdem quae in praecedentibus, eodem modo ostendemus esse aliquam pyramidem GOCPHQDRM in cono CDM, quae maior sit quam N. Fiat in circ. I simile polygonum ASEXBVFT, quod sit basis pyramidis verticem cum cono ABK communem habentis. Sint in his duabus pyramidibus triangula CMO, AKS quaedam ex iis quae pyramides continent, & iunctae sint LO, IS. Iam quia conus ABK $\sim$

n. 24. def. 11. cono CDM, est[n] AB : CD = IK : LM, ac ergo go AI : IK = CL : LM. Sed [ϑ] ang. KIA, MLC recti sunt: ergo △. AKI ∾ [ι] △. CML. Similiter, quia AI : IS = CL : LO, & ang. AIS [κ] = CLO, erit △. ASI ∾ △. COL; & iterum similiter patet esse, △ SKI ∾ △ OML. Hinc quia [λ] KA : AI = MC : CL, & AI : AS = CL : CO: erit ex aequo KA : AS = MC : CO. Similiter quia KS : SI = MO : OL, & SI : SA = OL : OC : erit ex aequo KS : SA = MO : OC. Ergo △ ASK ∾ [μ] △o OMC. Quoniam igitur pyr. ASIK ∾ [ν] pyr. COLM: erit pyr. ASIK : pyr. COLM = [ξ] $(AI : CL)^3$. Sed idem de reliquis pyramidibus ATIK, CPLM &c. ostendemus. Ergo [o] pyr. ASEXBVFT : pyr. GOCPHQDRM = $(AI : CL)^3$ = [π] $(AB : CD)^3$ = [ρ] con. AEBFK : N. Quare pyr. GOCPHQDRM < [σ] solido N; contra modo dicta.

ϑ. 11. def. 11.
ι. 6. 6.
κ. 2. sch. 33. 6.
λ. 1. def. 6.
μ. sch. 5. 6.
ν. 9. def. 11.
ξ. 8. 12.
o. 12. 5.
π. 1. sch. 22. 5.
ρ. hyp.
σ. 14. 5.

2. Si ponas N > cono CGDHM: quia N : AEBFK = [ρ] $(CD : AB)^3$, & [σ] N ad AEBFK vti conus; CGDHM ad solidum cono AEBFK minus: erit conus CGDHM ad solidum quoddam cono AEBFK minus in triplicata ratione ipsius CD ad AD. Q. F. N. [τ] Ergo tam coni, quam [υ] cylindri, sunt in triplicata ratione diametrorum basium. Q. E. D.

τ. part. 1.
υ. 10. 12.

PROP. XIII. THEOR.

Si cylindrus AB *plano* CD *secetur, oppositis planis* AE, FB *parallelo, erit vt cylindrus* AD *ad cylindrum* DF *ita axis* GH *ad axem* HI.

Pro-



Producatur vtrinque axis GI, & fiant ipsi GH aequales quotcunque GK, KL, & ipsi HI aequales quotuis IM, MN. Per puncta L, K, M, N ducantur plana ipsis AE, CD parallela, in quibus fiant circa centra L, K, M, N circuli ipsis AE, FB aequales; & inter hos circulos intelligantur cylindri OP, PA, BQ, QR constituti. Quia cylindri OP, PA, AD inter se φ, aequales sunt; quotuplex est axis LH ipsius GH, totuplex est cyl. OD ipsius AD. Similiter, quotuplex est axis HN ipsius HI, totuplex est cyl. CR cylindri DF. Praeterea si axis LH > = < HN: erit χ & cyl. OD > = < cyl. CR. Ergo cyl. AD: cyl. DF = ψ ax. GH: ax. HI. Q. E. D.

φ. 1. sch. 11. 12.
χ. 2. sch. 11. 12.
ψ. 4. def. 5.

PROP. XIV. THEOR.



Aequalibus basibus AB, CD *insistentes coni* ABE, CDF *aut cylindri* BG, CH *inter se sunt vt altitudines* EI, FK.

Producatur axis FK, vt fiat KL = EI, & circa axem KL in basi

basi CD sit cyl. CM, qui erit $=$ [α] cyl. BG. α. 1. sch.
Ergo cyl. BG : cyl. CH $=$ cyl. CM : cyl. CH 11. 12.
$=$ [α] KL : FK $=$ EI : FK. Quare & conus α. 13. 12.
ABE : con. CDF [β] $=$ EI : FK. Q. E. D. β. 15. 5.

PROP. XV. THEOR.



Aequalium conorum ABC, DEF *aut cylindrorum* AG, DH *bases* AB, DE *sunt altitudinibus* CI, FK *reciproce proportionales. Item quorum conorum aut cylindrorum bases* AB, DE *altitudinibus* CI, FK *reciproce proportionales sunt, illi inter se sunt aequales.*

Cas. 1. Si altitudines aequales sunt: patet in vtraque hypothesi etiam bases aequales esse; & constat ergo propositio.

Cas. 2. Sit CI $>$ FK. Fiat LI $=$ FK, & per L secetur cylindrus AG plano MN basibus parallelo.

Hyp. 1. Et quia cyl. AG $=$ DH: erit cyl. AN : cyl. AG $=$ cyl. AN : cyl. DH $=$ [γ] bas. γ. 11. 12.
AB : DE. Sed cyl. AN : cyl. AG $=$ [δ] LI : δ. 13. 12. &
CI $=$ FK : CI. Ergo AB : DE $=$ FK : CI. 18. 5.
Q. E. D.

Hyp. 2. Sit bas. AB : bas. DE $=$ alt. FK : alt. CI. Est autem bas. AB : bas. DE $=$ cyl.

AN : cyl. DH, & FK : CI = LI : CI = cyl.
ε. 9. 5. AN : cyl. AG. Ergo cyl. DH = [ε] cyl. AG.
Q. E. D.

Similiter autem & in conis.

PROP. XVI. PROBL.



Duobus circulis ABCD, EFGH *circa idem centrum* K *consistentibus, in maiori* ABCD *polygonum aequalium ac parium numero laterum describere, quod minorem circulum* EFGH *non tangat.*

Duc diametrum BEGD, & per G ipsi per-
ζ. 30. 3. pendicularem AGC. Biseca semicirculum [ζ]
BAD, ac eius semissem, atque ita perge do-
η. 1. 10. nec relinquatur [η] circumferentia LD minor
ipsa AD. Ab L in BD duc perpendicularem
θ. 3. 3. & 4. 1. LPO. Iunge LD, DO, quae [θ] aequales erunt.
ι. cor. 16. 3. Iam quia AC circulum EFGH tangit, LO vero ipsi AC parallela est extra hunc circulum: LO eum non tanget; multoque minus rectae LD, DO eundem tangent. Si ergo ipsi LD aequales deinceps in circulo ABC aptauerimus [κ]: fiet polygonum aequalium & parium
κ. 1. 4. laterum (quia circumf. LD est pars aliquota semicirculi), circulum EFGH non tangens. Q. E. F.

* *Coroll.*

Ergo recta KG < KP.

PROP.

PROP. XVII. PROBL.

Duabus ſphaeris circa idem centrum A conſiſtentibus, in maiori ſolidum polyedrum deſcribere, quod minoris ſphaerae ſuperficiem non tangat.



Secentur ſphaerae plano aliquo per centrum. Quia [λ] ſemicirculi ſphaeram generantis planum productum in ſuperficie ſphaerae circulum efficit maximum, ſiue qui diametrum ſphaerae habet: ſectiones erunt circuli maximi. Sint illi BCDE, FGHF, & eorum diametri ad rectos angulos ducantur BD, CE. In maiori circulo BCDE polygonum aequalium & parium laterum [μ] deſcribatur, non tangens minorem FGH. Sint in quadrante BE ea

λ. 14. def. 11. & ſequ. & 15. 3.

μ. 16. 12.



latera BK, KL, LM, ME, & iuncta KA producatur ad N. Ex A in planum BCDE erigatur
v. 12. 11. perpendicularis v AO, superficiei sphaerae maioris occurrens in O, & per AO ac vtramque BD, KN ducantur plana, quae in superficie sphaerae efficient maximos circulos, quorum semisses sint DOB, NOK. Quia AO
ξ. 3. def. 11. ipsis BD, KN ad rectos ξ est: erunt OB, OK
ο. 1. def. 3. quadrantes circulorum, & aequales ο, quia circuli aequales diametros BD, KN habent. Quot ergo latera polygoni sunt in quadrante BE, tot aptari possunt illis aequalia in quadrante BO, quae sint BP, PQ, QR, RO, & in quadrante KO, quae sint KS, ST, TV, VO. Iungantur SP, TQ, VR. Ex P, S in planum BCDE demit-

mittantur [π] perpendiculares PX, SW, quae occurrent [ρ] rectis BA, KA. Et quia BP, KS sunt aequales partes aequalium circulorum, anguli vero PXB, SWK [ξ] recti: erit [σ] PX = SW, & BX = KW, ideoque AX =[τ] AW, & XW ipsi KB [υ] parallela. Sed quum aequales PX, SW etiam parallelae [φ] sint: erunt XW, PS parallelae [χ] & aequales. Ergo & PS, BK erunt parallelae [ψ]. Hinc [ω] quadrilaterum PS, KB est in vno plano. Idem similiter constat de quadrilateris QTSP, RVTQ. Sed & △ ROV planum [α] est. Ductis ergo a punctis P, S, T, Q, R, V ad A rectis, constituetur figura solida polyedra inter quadrantes circ. BO, KO, ex pyramidibus composita, quarum vertex communis A, & bases plana BKSP, PSTQ, QTVR, VOR. In vnoquoque laterum KL, LM, ME eadem quae in KB construantur, & etiam in reliquis tribus quadrantibus, & in reliquo hemisphaerio. Sic fiet solidum polyedrum maiori sphaerae inscriptum, compositum ex pyramidibus, quarum vertex communis A. Dico huius solidi superficiem non tangere superficiem minoris sphaerae.

π. 11. 11.
ρ. 38. 11.
σ. 26. 1.
τ. 3. ax. 1.
υ. 2. 6.
φ. 6. 11.
χ. 33. 1.
ψ. 9. 11.
ω. 7. 11.
α. 2. 11.

Ducatur enim in planum PSKB ex A perpendicularis AY, & KY, BY iungantur. Et quoniam ob ang. AYB, AYK rectos [ξ], BYq + AYq =[β] ABq = AKq = KYq + AYq: erit BY = KY. Similiter patet esse SY = PY = BY. Ergo PSKB est quadrilaterum in circulo [γ] centro Y interuallo YB descripto. Et quia BK >[δ] XW, ideoque > PS; BK

β. 47. 1.
γ. 15. def. 1.
δ. 2. sch. 4. 6. & 14. 5.

 vero



vero = KS = PB: erit circumferentia huius
ε. 28. 3. circuli, quam recta BK subtendit, quadrante[ε]
ζ. 33. 6. maior, hinc ang. KYB recto[ζ] maior, & KBq[η]
η. 12. 2. $>$ 2 BYq. Ducatur a K ad BD perpendicularis KZ, & iungatur DK. Quoniam AB $<$ AB + 2 AZ: erit DB $<$ 2 DZ. Hinc quia
θ. 1. 6. DB : 2 DZ =[θ] DB $\times$ BZ : 2 DZ $\times$ BZ =[ι]
ι. cor. 8. 6. BKq : 2 KZq : erit BKq $<$ 2 KZq, & ergo KZq $>$ BYq. Sed KZq + AZq = AKq = BYq
κ. cor. 16. 12. + AYq. Ergo AZ $<$ AY, & a potiori[κ] AG $<$ AY. Ergo polyedri superficies non tangit minoris sphaerae superficiem. Q. E. F.

Aliter.

Et breuius ostendemus esse AG $<$ AY, excitato ex G in AB perpendiculo GL, & iuncta AL.

AL. Nam bisecta circ. BE, & huius semisse, & sic porro, relinquetur tandem circumferentia minor ea, quam recta ipsi GL aequalis in circulo BCE subtendit. Sit illa BK. Ergo recta BK $<$ GL. Sed vt antea patet esse BK $>$ BY. Ergo GL $>$ BY. Sed GLq + AGq $=$ ALq $=$ ABq $=$ BYq + AYq. Quare GA $<$ AY. Q. E. D.

Corollar.

Si in quauis alia sphaera describatur solidum polyedrum praedicto polyedro in sphaera BCDEO *simile: habebunt haec duo solida polyedra triplicatam rationem eius quam diametri sphaerarum habent.* Diuisis enim solidis in pyramides numero aequales & eiusdem ordinis: erunt hae pyramides similes. Ergo pyr. BPSKA erit ad pyramidem eiusdem ordinis in altera sphaera in triplicata ratione $^{\lambda}$ eius quam latus homologum ad homologum habet, id est, quam habet semidiameter spharae A ad semidiametrum alterius sphaerae. Idem de quibusuis duabus pyramidibus in vtraque sphaera eiusdem ordinis intelligendum est. Sed $^{\mu}$ vt vna pyramis in sphaera A ad vnam in altera, ita solidum polyedrum in sphaera A ad solidum polyedrum in altera sphaera. Ergo solida polyedra sunt in triplicata ratione semidiametrorum, vel diametrorum. Q. E. D.

λ. cor. 8. 12.
μ. 12. 5.

PROP. XVIII. THEOR.

Sphaerae ABC, DEF *inter se sunt in triplicata ratione suarum diametrorum* BC, EF.

1. Si enim non: sit sph. ABC ad sphaeram GHK ipsa DEF minorem in triplicata ratione BC ad EF. In sph. DEF describatur $^{\nu}$ solidum polye- ν. 17. 12.



polyedrum, quod non tangat minorem GHK, circa commune cum illa centrum constitutam, & in sph. ABC huic polyedro simile descri-
ξ. cor. 17. 12. batur, quod erit ξ ad polyedrum in sph. DEF in triplicata ratione BC ad FE, ideoque in eadem ratione in qua sph. ABC ad sph. GHK.
ο. 14. 5. Igitur sph. GHK >ο polyedro in sphaera DEF descripto, pars toto. Q. E. A.

2. Si ponas, sph. ABC ad sph. LMN ipsa DEF maiorem esse in triplicata ratione BC ad EF: erit sph. LMN: sph. ABC = $(EF : BC)^3$. Sed sph. LMN ad sph. ABC vt sph. DEF ad sphaeram ο ipsa ABC minorem. Ergo sph. DEF erit ad sphaeram ipsa ABC minorem in triplicata ratione diametri EF ad diametrum
π. part. 1. BC. Q. F. N π.

** Corollar.*

Hinc vt sphaera ad sphaeram, ita est polyedrum solidum in illa ad polyedrum in hac simile & similiter descriptum.

EV-

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER XIII.

* * * * * * * * * * * * * * *

PROP. I. THEOR.



Si recta linea AB *extrema ac media ratione secta fuerit: maior portio* AC *assumens dimidiam* AD *totius* AB *quintuplum potest eius, quod a dimidia* AD *totius fit, quadrati.*

Describantur ex AB, DC quadrata AE, DF. Deinde in DF describatur figura, & producatur FC
ad G. Est ergo $CE = AB \times BC =^{\alpha} ACq$ α. 3. def. & 17. 6.
$=^{\gamma} HF$. Iam quia $AK = AB =^{\beta} 2\ AD =$
$^{\gamma} 2\ AH$, & $AK : AH =^{\delta} AG : CH$: erit AG β. hyp. γ. 1. cor. 4. 2.
$= 2\ CH =^{\varepsilon} CH + HL$, ideoque $AE =^{\zeta}$ δ. 1. 6.
gnomoni OPQ. Sed $AE = ABq =^{\eta} 4\ ADq$ ε. 43. 1.
$= 4\ DH$. Ergo gn. $OPQ = 4\ DH$, & pro- ζ. 2. ax. 1. η. sch. 4. 2.
inde $^{\zeta}$ DF, id est $CDq = 5\ DH$ vel $5\ ADq$.
Q. E. D.

PROP. II. THEOR.

Si recta linea CD *partis sui ipsius* AD *quintuplum possit, atque duplum* AB *dictae partis* AD *extrema ac media ratione secetur: maior portio est pars reliqua* CA *eius quae a principio rectae lineae* CD. Fig. prop. praec.

 De-



Descriptis enim iisdem, quae antea, quia DF = CDq = 5 ADq = 5 DH: erit[ϑ] gnomon OPQ = 4 DH. Sed 4 DH = 4 ADq =[ι] ABq = AE. Ergo gn. OPQ = AE. Deinde quia vt in praec. ostenditur AG = CH + HL: erit[ϑ] quadratum HF = CE, id est[κ] ACq = AB × BC. Quare[λ] ÷ AB, AC, BC; & quia[μ] AB > AC, erit AC > CB. Igitur si recta AB extrema ac media ratione secatur:[ν] maior eius portio est CA. Q. E. D.

ϑ. 3. ax. 1.
ι. sch. 4. 2.
κ. constr.
λ. 17. 6.
μ. lem. seq.
ν. 3. def. 6.

LEMMA.

At vero *duplam ipsius* AD, *quae est* AB, *maiorem esse quam* AC, sic demonstrabitur.

Si negas: sit AC = 2 AD. Erit ergo ACq = 4 ADq, & ACq + ADq = 5 ADq =[ξ] CDq, pars toti. Q. E. A. Si ponas 2 AD < AC, similiter ostendemus, totum esse parte sua minus. Q. E. A. Ergo 2 AD > AC. Q. E. D.

ξ. hyp.

PROP. III. THEOR.

Si recta linea AB *extrema ac media ratione secta fuerit: portio minor* CB *assumens dimidiam* CD *maioris portionis* AC *quintuplum potest eius, quod a dimidia* CD *maioris portionis fit, quadrati.*

Describatur enim ex AB quadratum AE, & figura compleatur. Ergo, quia AC = 2 CD:



CD: erit ON = ACq
= 4 CDq = 4 PM.
Et quia AB × BC ο = ο. 3. def. 6.
ACq, & AB × BC =
CE: erit CE = 4 PM.
Rursus quoniam AD =
DC, & proinde IG =
π GM: erit PM = ρ HI, π. 34. 1.
& PG = GH, vel π QK = KE. Quare σ ρ. 1. cor. 4. 2.
Pgr. ME = MQ = τ LD, ideoque gnomon σ. 36. 1.
τ. 43. 1.
RST = υ CE = 4 PM, ac ob id υ totum DK υ. 2. ax. 1.
id est DBq = 5 CDq. Q. E. D.

PROP. IV. THEOR.



Si recta linea AB *extrema ac media ratione secta fuerit: totius* AB *& minoris portionis* BC *vtraque simul quadrata tripla sunt quadrati eius, quod a maiori fit portione* AC.

Descripto enim ex AB quadrato AE, & completa figura: erit vt antea AF = φ GN. φ. 3. def. 6.
Sed AF = χ CE, ideoque AF + CE id est χ. 43. 1.
gnom. KLM + CF = 2 AF = 2 GN. Ergo addito communi GN, erit AE + CF = 3 GN, id est, ABq + BCq = 3 ACq. Q. E. D.

PROP.

PROP. V. THEOR.



Si recta linea AB *extrema ac media ratione secetur, adjiciaturque ipsi* AD *aequalis maiori portioni* AC: *erit tota linea* BD *extrema ac media ratione secta, & maior portio erit ea, quae a principio posita est, recta linea* AB.

ψ. 3. def. 6. ω. sch. 48. 1. α. 17. 6.

Descripto enim ex AB quadrato AE, & completa figura: erit CE = [ψ] CG. Sed CE = GE, & CG = [ω] GD. Ergo GD = GE, & hinc HB = AE, id est BD $\times$ DA = ABq. Quare [α] BD : AB = AB : DA, & AB $>$ AD, quia BD $>$ AB. Hinc patet [ψ] Q. E. D.

PROP. VI. THEOR.



Si recta linea rationalis AB *extrema ac media ratione secta fuerit: vtraque portio* AC, CB *irrationalis est, quae apotome appellatur.*

β. 1. 13. γ. 9. def. & 6. 10. δ. 9. 10. ε. 74. 10. ζ. 3. def. 6. η. 98. 10.

Producatur CA, & sit AD = $\frac{1}{2}$ AB. Ergo CDq = [β] 5 ADq. Hinc, quia AD est ῥ, erit [γ] CDq ῥ, ac ergo ipsa CD ῥ. Sed [δ] CD non $\preceq$ AD. Ergo CD, DA erunt ῥ ∈, ideoque AC apotome [ε] erit. Deinde quia AB $\times$ BC = [ζ] ACq : ACq ad ῥ AB applicatum latitudinem faciet BC, quae proinde [η] erit apotome prima. Q. E. D.

PROP. VII. THEOR.



Si pentagoni aequilateri ABCDE *tres anguli, ſiue deinceps ſiue non deinceps, inter ſe fuerint aequales: aequiangulum erit pentagonum.*

1. Sint anguli deinceps A, B, C aequales. Iungantur AC, BE, FD. In △is BAE, ABC erit [ϑ] BE = AC, & ang. AEB = ACB, & ang. ABE = BAC. Ergo BF = [ι] AF, & FE = [κ] FC. Sed praeterea ED = DC. Ergo [λ] ang. FED = FCD, ideoque [μ] ang. AED = BCD = A = B. Similiter demonſtrabitur, ang. CDE = B = cuique reliquorum. Q. E. D. ϑ. 4. 1. ι. 6. 1. κ. 3. ax. 1. λ. 8. 1. μ. 2. ax. 1.

2. Sit ang. A = C = D. Iungatur BD. Et quia AB = BC & AE = CD, & ang. A = C: erit [ϑ] ang. AEB = CDB, & BE = BD, ideoque ang. BED = BDE. Hinc [μ] totus AED = CDE = A = C. Idem de ang. B ſimiliter oſtendetur. Q. E. D.

PROP. VIII. THEOR.

Si pentagoni aequilateri & aequianguli ABCDE *duos, qui deinceps ſunt, angulos* A, B *ſubtendunt rectae lineae* BE, AC: *extrema ac media ratione ſe mutuo ſecant; & maiores ipſarum portiones* EF, FC *pentagoni lateri* AE *ſunt aequales.*

Deſcri-



ν. 14. 4. Describatur [ν] circa pentagonum circulus. Primo in triangulis
ξ. 4. 1. AEB & ACB est [ξ] BE = AC, & ang. EBA = CAB. Hinc ang. AFE = [ο] 2 CAB = [π] CAE.
ο. 32. 1. Igitur EF = [ρ] AE.
π. 33. 6. Deinde quia ang. FAB
ρ. 6. 1.
σ. 5. 1. = FBA = [σ] AEB, & ang. B communis Δis AFB, AEB: erunt [ο] Δa ista aequiangula, & erit EB : BA = BA : BF, id est ob AB = AE = EF, EB : EF = EF : FB. Est vero EF > FB, quia EB > EF. Ergo BE in F secatur extrema ac media ratione, & maior portio EF aequalis est lateri pentagoni AE. Idem similiter de recta AC ostendemus. Q. E. D.

PROP. IX. THEOR.



Si latera hexagoni DC *& decagoni* CB *in eodem circulo* ACB *descriptorum componantur: erit tota recta* BD *extrema ac media ratione secta, & maior ipsius portio erit hexagoni latus* CD.

Sit centrum circuli E. Quia BC est latus decagoni aequilateri: erit circumf. ACB = 5
τ. 33. 6. BC, ergo AC = 4 CB. Hinc & ang. AEC [τ]
υ. 32. 1. = 4 BEC. Sed ang. AEC = [υ] BCE + CBE
φ. 5. 1.
χ. cor. 15. 4. = [φ] 2 BCE; &, ob DC = [χ] CE, est ang. BCE

= 2

= 2 CDE: quare AEC = 4 CDE. Eſt ergo ang. BDE = BEC. Sed ang. B eſt communis △is BED, BEC. Quare † BD : BE = BE : BC, hoc eſt BD : DC = DC : CB. Eſt autem DC > CB, quia BD > DC. Ergo patet Q. E. D. † 4. 6.

* *Schol.*

Et conuerſim, ſi qua recta BD extrema ac media ratione ſecetur: erit minor portio BC latus decagoni in eo circulo, in quo maior CD eſt latus hexagoni. Nam, eadem deſcripta figura, quia ang. AEC = 2 BCE, & ang. BCE = 2 CDE = 2 BEC (per 6. 6): erit circumf. AC = 4 BC, ideoque recta BC latus decagoni.

PROP. X. THEOR.



Si in circulo ABCDE *pentagonum aequilaterum deſcribatur: latus pentagoni* AB *poteſt & hexagoni & decagoni latus in eodem circulo deſcriptorum.*

Suma-



Sumatur centrum circuli F, & ducatur diameter AFG, & iungatur FB. Ab F ad AB ducatur perpendicularis FHK, & iungantur AK, KB. Rursus ab F ad AK ducatur perpendicularis FNLM, & iungatur KN. Igitur quia circ. ABCG = AEDG, & circ. ABC = AED: erit circ. CG = GD, ideoque CGD = 2 CG. Rursus quia BF = AF, & anguli
α. 5. & 26. 1. ad H aequales sunt, erit[α] ang. BFH = AFH,
α. 26. 3. ideoque circumf. BK = [α] KA, & AKB = 2 BK, & hinc AK erit latus decagoni. Similiter patet esse circ. BK = AMK = 2 KM. Iam,
β. 7. ax. 1. quia CGD = AKB, erit[β] circ. CG = BK = 2 KM. Sed circ. CB = AKB = 2 BK. Er-
γ. 2. ax. 1. go[γ] circ. BCG = 2 BKM, & ob id ang. BFG
δ. 33. 6. = [δ] 2 BFM. Sed ang. BFG = [ε] BAF +
ε. 32. 1.
ζ. 5. 1. ABF = [ζ] 2 BAF. Ergo[β] ang. BAF = BFM. Quum igitur $\triangle$a BFA, BFN sint aequiangula:
η. 4. 6. erit[η] AB : BF = BF : BN, & proinde AB × BN

BN = $^{\vartheta}$ BFq. Rursus quia ang. ad L recti sunt, &[ι] AL = LK: erit[κ] ang. LAN = LKN. Sed quia recta AK [λ] = KB, est ang. LAN = [ξ] KBA. Ergo ang. KBA = AKN. Quare in $\triangle$is aequiangulis ANK, ABK erit BA: AK = [η] KA: AN, & hinc AB $\times$ AN = [ϑ] AKq. Ergo ABq = [μ] AB $\times$ BN + AB $\times$ AN = [ν] BFq + AKq. Est autem BF latus hexagoni, & AK decagoni. Q. E. D.

ϑ. 17. 6.
ι. 3. 3.
κ. 4. 1.
λ. 29. 3.
μ. 2. 2.
ν. cor. 15. 4

* *Schol.*

Hic praxin faciliorem trademus problematis 11. 4: *In dato circulo pentagonum aequilaterum & aequiangulum describere.*



Super diametro AB ex centro C erigatur perpendicularis CD. Bisecetur BC in E, & iungatur ED, cui capiatur aequalis EF. Iuncta FD erit latus pentagoni in circulo ABD describendi.

Nam quia (per 6. 2) BF $\times$ FC + CEq = EFq = EDq = CDq + CEq: erit BF $\times$ FC = CDq = BCq. Quum ergo sit BF : BC = BC : CF: erit BF extrema ac media ratione secta. Sed maior portio BC est latus hexagoni in circulo ABD. Ergo CF est latus decagoni in eodem (per sch. praec.); & hinc DF = $\sqrt{}$ (DCq + CFq) latus pentagoni. Q. E. F.

PROP. XI. THEOR.

Si in circulo ABCDE, *rationalem diametrum habente, pentagonum aequilaterum describatur: pentagoni latus* AB *est linea irrationalis, quae minor appellatur.*



Sumatur enim circuli centrum F, & ducantur diametri AG, BH, & iungatur AC, & capiatur FK = ¼ AF, quae erit ρ, quia AF ρ. Sed & BF est rationa-
ξ. 16. 10. lis. Ergo [ξ] BK est ρ. Et quia circumf. ABG =
AEG, & ABC = AED : erit circ. CG = GD, & [o]
o. 27. 3. ang. CAG = GAD, item ang. ACL = [o] ADL.
π. 32. 1. ς. 3. 3. Ergo [π] anguli ad L sunt recti, & hinc [ς] CL = LD,
& CD = 2 CL. Eadem ratione & anguli ad M
recti sunt, & AC est = 2 CM. Quia igitur △a
ALC, AFM aequiangula sunt : erit [σ] LC : CA =
σ. 4. 6. MF : FA, & [τ] 2 LC : CA = 2 MF : FA, = [σ] MF : ½
τ. sch. 4. 5. FA; ideoque 2 LC : ½ CA = MF : ¼ FA, id
σ. 15. 5. est CD : CM = MF : FK. Hinc componendo DC + CM : CM = MK : KF, & [υ] (DC +
υ. 22. 6. CM) q : CMq = MKq : KFq. Iam si AC extrema ac media ratione secetur, erit maior
φ. 8. 13. eius portio [φ] = CD; ideoque erit [χ] (DC +
χ. 1. 13. ψ. sch. 12. 10. CM) q = 5 CMq. Hinc & MKq = 5 KFq;
ideoque [ψ] MKq est ρ, & MK ρ. Et quoniam
BF = 4 FK : erit BK = 5 FK, & BKq = 25
ω. 9. 10. FKq. Hinc 5 MKq = BKq, & ob id [ω] BK

non

non ≍ MK. Vtraque tamen ρ existente, erunt BK, KM ρ ϵ. Quare MB est apotome [α] & ipsi congruens MK. Dico & MB esse apotomen quartam. Sit enim $\sqrt{(BKq - KMq)} = N$. Et quia KF ≍ FB, erit KB ≍ [β] FB ≍ BH rationali expositae. Deinde quia $BKq : KMq = 5 : 1$, & conuertendo $BKq : Nq = 5 : 4$: erit [α] N non ≍ BK. Ergo [γ] MB erit apotome quarta. Hinc, quum sit $ABq =$ [δ] $MB \times BH$, erit [ε] AB αλ quae vocatur minor. Q. E. D.

α. 74. 10.
β. 16. 10.
γ. 4. def. tert. 10.
δ. cor. 8. 6. & 31. 3.
ε. 95. 10.

* *Cor.* Diameter circuli AG ex angulo A pentagoni regularis ducta & arcum CD a latere opposito subtensum, & latus ipsum oppositum CD ad angulos rectos bisecat.

PROP. XII. THEOR.



Si in circulo ABC *triangulum aequilaterum* ABC *describatur: trianguli latus* AB *potentia triplum est eius* DA *quae ex circuli centro* D.

Nam, producta AD in E, quia circumf. BEC est tertia pars circuli, & BE $=$ [ζ] EC: erit BE sexta pars circuli, ideoque recta BE latus hexagoni $=$ [η] DA. Et quia $ABq + BEq =$ [θ] $AEq = 4\,DAq$: erit $ABq =$ [ζ] $3\,DAq$. Q. E. D.

ζ. 3. ax. 1.
η. cor. 15. 4.
θ. 31. 3.

* *Schol.*

1. $AEq : ABq = 4 : 3$.

2. $ABq : AFq = 4 : 3$. Nam [ι] $AEq : ABq = ABq : AFq$. — ι. cor. 8. 6. & 22. 6.

3. $DF = FE$. Nam Δ. EBD aequilaterum est, & ADF ad BC perpendicularis [κ]. Ergo [λ] $DF = FE$. — κ. 4. 1. λ. cor. 3. 3.

4. Hinc $AF = 3\,FD$.

PROP. XIII. PROBL.



Pyramidem † *constituere, & sphaera comprehendere data; atque etiam demonstrare, quod sphaerae diameter* AB *est potentia sesquialtera lateris ipsius pyramidis.*

μ. 9. 6.
ν. 2. 4.

Secetur AB in C [μ] ita, vt AC $=$ 2 CB. Super AB describatur semicirculus ADB, & ex C ad AB ducatur perpendicularis CD, & iungatur AD. Fiat circulus EFG centro H interuallo CD, & in eo describatur [ν] triangulum aequilaterum EFG. Iungantur HE, HF, HG. Ex H plano huius circuli excitetur ad rectos HK, quae fiat $=$ AC, & iungantur KE, KF, KG. EFGK erit tetraedrum desideratum.

ξ. 3. def. 11.
ο. 4. 1.
π. lemma sequens.
ρ. constr.
σ. 12. 13.
τ. 26. def. 11.

1. Etenim quia ang. KHE est [ξ] rectus, ideoque $=$ ACD, & KH $=$ AC, HE $=$ CD: erit [ο] KE $=$ AD. Similiter KF $=$ AD $=$ KG. Et quoniam AB $=$ 3 BC, & AB : BC $=$ [π] ADq : DCq : erit ADq $=$ 3 DCq $=$ [ρ] 3 HEq $=$ [σ] EFq. Hinc EF $=$ AD; & ergo FG $=$ GE $=$ EF $=$ AD $=$ KE $=$ KF $=$ KG. Sunt ergo Δa EFG, EKG, FKG, EKF aequilatera & aequalia. Ergo EFGK est [τ] tetraedrum.

2. Pro-

† Vel potius *tetraedrum*; quod & in sequentibus intellige.

2. Producatur KH in L vt fit HL = CB. Quia [υ] AC : CD = CD : CB : erit KH : HE = EH : HL. Ergo femicirculus fuper KL defcriptus [φ] tranfibit per E, &, manente KL, conuerfus tranfibit etiam per G & F, quod eodem modo oftendetur. Ergo [χ] fphaera data, cuius diameter eft AB = KL, comprehendet tetraedrum EFGK. Q. E. F.

υ. cor. 8. 6.
φ. fch. 13. 6.
χ. 14. def. 11.

3. Quia AB : BC = [ς] 3 : 1 : erit conuertendo AB : AC = 3 : 2. Eft vero BA : AD [υ] = AD : AC, & hinc AB : AC = [ψ] ABq : ADq. Ergo ABq = $\frac{3}{2}$ ADq = $\frac{3}{2}$ KEq. Q. E. D.

ψ. 2. cor. 20. 6.

L E M M A.

Demonftrandum autem eft, effe AB : BC = ADq : DCq.

Nam quia BA : AD = [υ] AD : AC : erit BA × AC = ADq. Et quia AC : CD = [υ] CD : BC : erit AC × CB = CDq. Hinc AB : BC = [ω] AB × AC : AC × BC = ADq : CDq. Q. E. D.

ω. 1. 6.

* *Coroll.* Diameter fphaerae KL eft fesquialtera altitudinis KH tetraedri infcripti.

* *Schol.* Latus tetraedri FG potentia eft fesquialterum altitudinis tetraedri HK. Nam FGq : HKq = ADq : ACq = ABq : ADq = 3 : 2.

PROP. XIV. PROBL.

Octaedrum conftituere, & eadem fphaera comprehendere, qua & pyramidem; atque demonftrare, fphaerae diametrum AB *potentia duplam effe lateris ipfius octaedri.*

Data



Data diameter AB bisecetur in C, & describatur super AB semicirculus, & ex C in AB ducatur perpendicularis CD, & DB iungatur. Fiat quadratum EFGH, cuius latus = BD. Ex puncto I intersectionis diametrorum EG, FH plano EFGH ad rectos ducatur KIL, & fiat KI = IL = IE, & iungantur KE, KF, KG, KH, LE, LF, LG, LH.

α. 9. 4. β. 47. 1. γ. 3. def. 11.

1. Nam quia α EI = IH & ang. EIH rectus: erit β EHq = 2 EIq. Et quum KI = IE, ac ang. KIE rectus γ: erit & KEq = 2 EIq. Hinc EH = KE. Similiter KH = HE. Ergo Δ. EKH est aequilaterum. Eodem modo ostendemus, reliqua triangula, quorum bases sunt EF, FG, GH, HE & vertices K, L, esse aequilatera. Et patet omnia haec Δa inter se aequalia δ esse. Ergo KEFGHL est ε octaedrum. Q. E. F.

δ. 2. sch. 8. 1. ε. 27. def. 11.

2. 3. Quia KI = IE = IL: semicirculus super KL descriptus transibit per E. Et manente KL conuersus hic semicirculus transibit etiam per F, G, H. Ergo sphaera diametri KL comprehendet hoc octaedrum. Sed & data sphaera. Nam quia KE = EL, & ang. in

semi-

ſemicirculo KEL [ζ] rectus eſt, erit KLq = [β] ζ. 31. 3.
2 KEq. Eſt vero AB = 2 BC, & [η] AB : BC η. cor. 8. & 20. 6.
= ABq : BDq. Ergo ABq = 2 BDq = 2
KEq = KLq. Hinc diametro datae AB aequalis eſt ipſa KL, ideoque octaedrum ſphaera data comprehenditur; & AB potentia dupla eſt lateris octaedri KE. Q. E. F. & D.

* *Coroll.* Octaedrum conſtat ex duabus pyramidibus aequalibus, baſin quadratam habentibus, & altitudinem aequalem ſemidiametro ſphaerae circumſcriptae.

PROP. XV. PROBL.



Cubum conſtituere, & eadem ſphaera comprehendere, qua & priores; atque demonſtrare, ſphaerae diametrum AB *lateris potentia triplam eſſe.*

Ex AB auferatur pars tertia BC, &, ſuper AB deſcripto ſemicirculo, ducatur ad AB perpendicularis CD, & iungatur DB. Fiat quadratum EFGH habens latus = DB. Ex punctis E, F, G, H plano EFGH ad rectos [θ] excitentur EK, FL, GM, HN, quarum quaeque fiat θ. 12. 11.
= EF. Iungantur KL, LM, MN, KN.

1. Quidem ex conſtructione ſatis patet ſolidum genitum eſſe [ι] cubum. Q. E. F. ι. 25. def. 11.



2. 3. Iungantur EG, KF, KG. Et quia ang. KEG rectus κ est: semicirculus super KG transibit λ per E. Rursus quia μ anguli GFE, GFL recti sunt, ideoque GF plano EL recta ν est, & hinc κ ang. GFK rectus: alius semicirculus super KG transibit λ per F. Idem de reliquis punctis H, N, M, L ostendetur. Quare semicirculus super KG, manente KG, conuersus faciet sphaeram, quae cubum EM comprehendet. Dico autem, diametrum KG = AB. Nam quia EGq = ξ 2 EFq = 2 EKq: & KGq ξ = EGq + EKq: erit KGq = 3 EKq = μ 3 BDq. Sed quum sit AB = 3 BC, & AB : BC = ο ABq : BDq: erit ABq = 3 BDq = KGq. Ergo KG = AB. Itaque cubus factus est, quem data sphaera comprehendit, & diameter AB potentia tripla est lateris eius FG. Q. E. F & D.

κ. 3. def. 11. λ. sch. 13. 6. μ. constr. ν. 4. 11. ξ. 47. 1. ο. cor. 8. & 20. 6.

* *Schol.* Quia AD erat π latus tetraedri sphaerae datae inscripti: patet diametrum sphaerae AB posse latera tetraedri & cubi in eadem inscriptorum.

π. 13. 13.

PROP. XVI. PROBL.

Icosaedrum constituere, & eadem sphaera comprehendere, qua & praedictas figuras; atque

que etiam demonstrare, icosaedri latus irrationalem esse lineam, quae minor appellatur.





1. A datae ſphaerae diametro AB abſcindatur pars quinta BC, & ſuper AB deſcripto ſemicirculo, ducatur ad AB perpendicularis CD, & BD iungatur, quo interuallo deſcribatur circulus EFGHI. Huic inſcribatur pentagonum aequilaterum & aequiangulum EFGHI. Circumferentiae EF, FG, GH, HI, IE biſecentur in K, L, M, N, O, & iungantur KF, FL, LG, GM, MH,





HN, NI, IO, OE, EK, item KL, LM, MN, NO, OK. Erit ergo KLMNO pentagonum aequilaterum & aequiangulum, & EO decagoni latus. A punctis E, F, G, H, I ipsi circuli plano ad rectos erigantur EP, FQ, GR, HS, IT, semidiametro VK singillatim aequales, & iungantur PQ, QR, RS, ST, TP, PK, KQ, QL, LR, RM, MS, SN,

g. 6. n.
e. 33. 1.

NT, TO, OP. Iam quia EP, IT parallelae [g] sunt, erit PT = EI [e], & hinc PT erit latus pentagoni aequilateri in circulo QRSTP ipsi EFGHI aequali. Idem de reliquis PQ, QR, RS, RS, ST demonstrabitur eodem modo. Erit ergo PQRST pentagonum aequilaterum. Et quia PE est latus hexagoni, EO vero decagoni: erit, ob ang. PEO rectum[τ], PO latus[υ] pentagoni in eodem circulo. Idem patet de OT. Ergo POT erit △ aequilaterum. Similiter ostenditur, ipsa PKQ, QLR, RMS, SNT esse △a aequilatera. Patet etiam ex dictis KPO, OTN, NSM, MRL & LQK △a aequilatera esse. Ex V centro circuli EFGHI ipsius plano ad rectos ducatur recta, in qua ex vna parte puncti V capiantur VX = lateri hexagoni, & XY = lateri decagoni, & ex altera VZ = XY. Iungantur PY, PX, YT, EV, KZ. Quia VX, PE, sunt [ς] parallelae & aequales[φ]: erit PX parallela & =[σ] EV lateri hexagoni, & ang. PXV rectus[χ], hinc & PXY rectus. Quare, quum XY sit decagoni latus, erit PY = lateri pentagoni = PT. Idem iunctis TX, VI patet de recta YT. Ergo PYT est △. aequilaterum. Similiter aequilatera sunt △a reliqua, quorum vertex est Y, & bases sunt TS, SR, RQ, QP. Rursus quia [φ] KZq = KVq + VZq: erit KZ = lateri pentagoni = KL. Eodem modo, iunctis LV, LZ ostendetur LZ = KL. Ergo △. LZK aequilaterum est. Idem ostendetur de singulis △is, quorum bases sunt LM, MN, NO, OK & vertex communis est Z. Constitutum ergo est solidum viginti triangulis aequilateris contentum, quorum aequalitas etiam patet. Q. E. F.

τ. 3. def. 11.
υ. 10. 13.
φ. constr.
χ. sch. 29. 1.

2. Quia





2. Quia VX, XY ſunt latera hexagoni & decagoni: erit ψ YV : VX = VX : XY. Hinc φ YV : VK = KV : VZ. Ergo ſuper YZ deſcriptus ſemicirculus ω tranſibit per K. Similiter quia ZX = YV, & PX = VX, erit ZX : XP = PX : XY, & hinc, ob ang. ad X rectos, ſemicirculus ſuper ZY tranſibit etiam per P. Quare quum idem ſimiliter de reliquis verticibus angulorum icoſaedri oſtendi poſſit; conſtat, ſemicirculum circa ZY manentem rotatum tranſiturum eſſe per vertices omnium angulorum

ψ. 9. 13.
φ. conſtr.
ω. ſch. 13. 6.

rum icosaedri, & ergo hoc icosaedrum comprehensum iri sphaera diametri ZY. Et quoniam, bisecta VX in W, WYq [α] = 5 WXq; *α. 3. & 9. 13.*
ZY vero = 2 WY, ac VX = 2 WX: erit [β] *β. 15. 5.*
ZYq = 5 VXq. Est autem AB = 5 BC, &
ABq : BDq = [γ] AB : BC. Ergo quia ABq *γ. cor. 8. & 20. 6.*
= 5 BDq = [φ] 5 VXq = ZYq: sphaera diametri ZY icosaedrum comprehendens erit datae sphaerae aequalis. Q. E. F.

3. Denique quia diameter data AB est ρ, &
ABq = 5 BDq: erit [δ] & BD ideoque tota *δ. 6. def. 10.*
diameter circuli EFGHI rationalis. Hinc
quum latus pentagoni KL sit [ε] minor; & ea- *ε. 11. 13.*
dem KL sit quoque latus icosaedri: patet latus icosaedri esse irrationalem quae minor vocatur. Q. E. D.

Corollar.

Sphaerae diameter potest quintuplum eius quae ex centro circuli quinque icosaedri latera ambientis. Et diameter sphaerae icosaedro circumscriptae composita est ex latere hexagoni & duplo latere decagoni, quae in eodem circulo describuntur.

PROP. XVII. PROBL.

Dodecaedrum constituere, & eadem sphaera comprehendere qua & praedictas figuras; atque etiam demonstrare, dodecaedri latus esse irrationalem, quae apotome appellatur.

1. Exponantur praedicti cubi [ζ] duo plana *ζ. 15. 13.*
ABCD, BCFE, quae sibi inuicem recta sunt, & eorum singula latera bisecentur, & iunganmtur



tur GK, HL, HM, NO. Rectae NP, PO, HQ secentur ex-
η. 30. 6. trema η & media ratione in R, S, T punctis, in quibus ad plana cubi & ad exteriores eius partes excitentur perpendiculares RV, SX, TY, quae fiant aequales ipsis RP, PS, QT. Iungantur VB, BY, YC, CX, VX, quae terminabunt pentagonum dodecaedri. Nam,
θ. 4. 13. iuncta RB, quia θ $PNq + NRq = 3\,RPq$, & $BN = PN$, ac $RP = RV$: est $BRq =$ ι BNq
ι. 47. 1. $+ NRq = 3\,RVq$, ideoque $BVq =$ ι $BRq + RVq = 4\,RVq$. Hinc $BV = 2\,RV$. Sed
κ. 7. 14. quia $PN = PO$, ac ob id $RP =$ κ PS: est VX
λ. 33. 1. $=$ λ $RS = 2\,PR = 2\,RV$. Ergo $BV = VX$. Similiter BY, YC, & CX ipsis BV, VX aequales ostendentur. Sunt autem hae quinque rectae in vno plano. Nam ipsi RV vel SX ducatur parallela PZ ad exteriores cubi partes,
λ. 3. def. 6. & iungantur ZH, HY. Et quia λ $HQ : QT = QT : TH$, & $HQ = HP$, ac $TY = QT = PZ$; est $HP : PZ = YT : TH$. Sed HP, YT,
μ. 6. 11. eidem plano BD ad rectos insistentes, sunt μ
ν. 32. 6. parallelae. Ergo ZHY est ν vna recta, & pro-
ξ. 1. 11. inde ξ in vno plano. Pentagonum ο ergo est
ο. 2. & 7. 11. BYCXV, & aequilaterum. Dico etiam aequiangulum esse. Iungantur enim BX, BS. Quoniam NP secta est in R extrema ac media ratione,

tione, & SP = PR: erit [π] NSq + SPq = 3 PNq. Hinc NSq + SXq = 3 NBq, & NSq + SXq + BNq = 4 NBq, id est [ι] SBq + SXq = BXq = 4 NBq. Ergo BX = 2 NB = BC. Quare in △is BVX, BYC erit [ρ] ang. BVX = BYC. Similiter ostendetur ang. VXC = BYC. Ergo pentagonum BYCXV est [σ] aequiangulum. Si igitur ita ad vnumquodque duodecim laterum cubi eadem construantur, quae hic ad latus BC: figura solida constituetur, duodecim pentagonis aequilateris & aequiangulis & aequalibus contenta. Q. E. F.

π. 5. 13. & 4. 13.

ρ. 8. 1.

σ. 7. 13.

2. Producatur ZP intra cubum. Occurret ergo diametro cubi; & ambae se bisecabunt [τ], quod fiat in W. Est ergo W centrum [υ] sphaerae cubum comprehendentis, & dupla PW = [φ] lateri cubi, ideoque PW = PN. Et quia PZ = PS, erit ZW = NS. Iam quum praeterea ZX = PS, & NSq + SPq = 3 PNq: erit 3 PNq = ZWq + ZXq = [ι] XWq. Sed semidiameter sphaerae cubum comprehendentis potest etiam [υ] triplum dimidii lateris cubi PN. Ergo XW est semidiametro sphaerae cubo circumscriptae aequalis. Quare quia W est centrum: erit X in superficie sphaerae. Similiter vertex cuiuslibet reliquorum angulorum dodecaedri in superficie sphaerae esse demonstratur. Ergo dodecaedrum sphaera comprehensum est data. Q. E. F.

τ. 39. 11.

υ. 15. 13.

φ. 34. 1.

ι. 47. 1.

3. Quoniam [λ] NP : PR = PR : RN, ideoque [κ] NO : RS = RS : 2 RN = RS : RN + SO; NO autem > RS, ideoque RS > NR + SO: erit [λ] rectae NO extrema ac media ratione se-

λ. 3. def. 6

κ. 15. 5.

ctae

ctae maior portio ipsa $RS = VX$. Et quia sphaerae diameter, quae [v] potest triplum ip-
ψ. 6. 13. sius NO, est ρ: erit & NO ρ; ergo [ψ] VX apotome. Q. E. D.

1. *Coroll.* Ergo latere cubi extrema ac media ratione secto, eius portio maior est dodecaedri latus.

* 2. *Coroll.* Liquet etiam, rectam subtendentem angulum pentagoni in dodecaedro esse latus cubi in eadem sphaera inscripti.

PROP. XVIII. PROBL.



Latera quinque figurarum exponere, & inter se comparare.

1. Exponatur datae sphaerae diameter AB, & secetur in C, D sic,
α. 9. 6. vt $AC = CB$, & [α] $AD = 2\,DB$. Fiat semicirculus AEB, & in AB perpendiculares ducantur CE, DF, & AF, FB iungantur. Et quia $AB = 3\,BD$:
α. cor. 19. 5. est [α] $AB = \frac{3}{2}\,AD$. Hinc quia $AB : AD =$ [β]
β. cor. 8. & 20. 6. $ABq : AFq$: est $ABq = \frac{3}{2}\,AFq$. Ergo AF
γ. 13. 13. est [γ] latus tetraedri.

2. Quia $ABq : BFq =$ [β] $AB : BD = 3 : 1$:
δ. 15. 13. BF est latus cubi [δ].

3. Iunctis AE, EB, est $ABq : BEq =$ [β] AB:
ε. 14. 13. $BC = 2 : 1$. Ergo BE est latus octaedri [ε].

4. In AB ducatur perpendicularis $AG = AB$. Iuncta GC, a puncto H ducatur in AB per-

perpendicularis HK. Iam quia HK : KC $=$ [ζ] GA : AC $= 2 : 1$: erit HKq $= 4$ KCq, ideoque 5 KCq $=$ CHq $=$ CBq. Et quoniam AB $= 2$ BC, & AD $= 2$ DB : erit DB [η] $= 2$ CD, ideoque CB $= 3$ CD, & CBq $= 9$ CDq. Ergo KC $>$ CD. Fac CL $=$ KC, & in AB duc perpendicularem LM, iunge MB. Quia CBq $= 5$ KCq ; est [θ] ABq $= 5$ KLq. Ergo KL est latus hexagoni [ι] in circulo quinque icosaedri latera ambientis, ideoque AK $=$ LB $=$ [ι] lateri decagoni in eodem circulo. Sed ML $=$ [κ] HK $= 2$ KC $=$ KL $=$ lateri hexagoni. Ergo MB est [λ] latus pentagoni in eodem circulo, ideoque latus [μ] icosaedri.

ζ. 4. 6.
η. 5. 5.
θ. 15. 5.
ι. cor. 16. 13.
κ. 14. 3.
λ. 10. 13.
μ. 16. 13.

5. Secetur BF extrema ac media ratione : erit maior eius portio BN latus dodecaedri. [ν]

ν. 1. cor. 17. 13.

6. Ex his liquet, latera tetraedri, octaedri & cubi esse ρ ϵ diametro AB sphaerae. Nam quarum partium 6 est ABq, earum 4 est AFq, trium BEq, & duarum BFq. Ergo [ξ] AFq $= \frac{4}{3}$ BEq $= 2$ BFq, & BEq $= \frac{3}{2}$ BFq. Icosaedri vero & dodecaedri latera nec inter se nec ad praedictarum figurarum latera sunt in rationibus rationalibus : quia illius latus [μ] est minor, huius apotome [ο].

ξ. 22. 5.
ο. 17. 13.

7. Dico MB icosaedri latus maius esse latere dodecaedri BN. Nam [β] FBq : BDq $=$ AB : BD $= 3 : 1$. Sed ADq $= 4$ BDq. Ergo AD $>$ FB, ideoque AL $>$ FB. Iam AL secta est extrema ac media ratione [π], & maior eius portio est KL ; hinc quia & FB extrema ac media ratione secta est, & eius maior portio

β. cor. 8. & 20. 6.
π. 9. 13.

ς. 3. def. 6. vel 7. 14. ϛ. 19. 1. BN eſt: erit KL [ς] > BN. Ergo ML = KL > BN, ideoque [ϛ] MB > BN. Q. E. F.

Schol.

Dico praeter iam dictas quinque figuras non conſtitui aliam figuram †, *quae ſub figuris aequilateris & aequiangulis, inter ſe aequalibus, contineatur.*

σ. 11. def. 11. Ex duobus enim angulis planis [σ] non conſtituitur angulus ſolidus. Ex tribus autem triangulis aequilateris & aequalibus conſtituitur angulus tetraedri, ex quatuor octaedri, ex quinque icoſaedri: ex ſex autem pluribusue τ. 21. 11. nullus conſtituetur [τ], quia ſex anguli △ aeυ. 5. ſch. 32. 1. quilateri = [υ] 4 Rectis. Porro ſub tribus quadratis continetur angulus cubi. Sub quatuor autem pluribusue [τ] nullus angulus ſolidus contineri poteſt. Sub tribus pentagonis aequilateris & aequiangulis ac aequalibus continetur angulus dodecaedri. Sub quatuor autem pluribusue nullus comprehendetur [τ] φ. 2. ſch. 11. 4. angulus ſolidus: quia eorum ſumma [φ] > 4 rectis. Ob eandem rationem ex aliis figuris polygonis aequilateris & aequiangulis nullus ſolidus angulus conſtitui poteſt. Ergo nec fieri poteſt figura ſolida ex figuris planis aequilateris & aequiangulis praeter quinque dictas. Q. E. D.

---

† Talem autem intelligit figuram, cuius ſinguli ſolidi anguli ſub aeque multis planis angulis continentur.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER XIV. †

PROP. I. THEOR.



Quae a centro A circuli alicuius ad latus BC *pentagoni aequilateri in eodem circulo descripti perpendicularis ducitur* AD, *dimidia est vtriusque & eius* AC *quae ex centro, & lateris decagoni in eodem circulo descripti.*

Nam producatur DA in F & E; fiat DG = ED, & iungantur CE, GC. Iam quia tota circumferentia circuli = 5 BEC: erit dimidia FCE = 5 CE, quae dimidia est [α] ipsius BEC. Hinc quia FC = 4 CE, erit [β] ang. FAC = 4 DAC. Sed FAC = [γ] 2 DEC. Ergo 2 DAC = DEC = [δ] DGC. Quare AG = [ε] GC = CE, ideoque AD = CE + ED, & 2 AD = CE + AE, id est, AD = $\frac{1}{2}$ CE + $\frac{1}{2}$ AC. Est autem CE latus decagoni. Q. E. D.

α. 3. & 30. 3.
β. 33. 6.
γ. 20. 3.
δ. 4. 1.
ε. 32. & 6. 1.

L E M M A.

Si in circulo pentagonum aequilaterum describatur: quadratum quod fit ex latere BC *pen-*

† Vel verius Hypsiclis Alexandrini de quinque corporibus liber prior.



pentagoni, vna cum quadrato quod fit ex recta, quae duobus pentagoni lateribus subtenditur, quintuplum erit quadrati eius, quae est ex circuli centro A.

Ex centro circuli A ducatur in BC perpendicularis FADE, & iungatur CE, quae erit [ζ] latus decagoni, item CF, quae duo pentagoni latera subtendet. Et quia FE =
ζ. 3. & 30. 3. 2 AE, erit 4 AEq = FEq = [η] ECq + CFq.
η. 31. 3.
θ. 10. 13. Ergo 5 AEq = AEq + ECq + CFq = [θ] BCq + CFq. Q. E. D.

PROP. II. THEOR.

Idem circulus comprehendit dodecaedri pentagonum ABCDE *& icosaedri triangulum* FGH *in eadem sphaera descriptorum.*



Sit sphaerae diameter KL. Iungatur EC,
ι. cor. 6. 10. & exponatur [ι] recta MN talis, vt KLq = 5
κ. cor. 16. 13. MNq. Ergo [κ] MN erit quae ex centro circuli, per quem icosaedrum describitur. Secetur MN extrema & media ratione, & segmentum maius

ius sit MO, quae ergo erit $^{\lambda}$ latus decagoni λ. 5. & sch.
in eodem circulo. Iam quia 5 MNq $=$ KLq 9. 13.
$=$ $^{\mu}$ 3 CEq; & 3 CEq : 5 MNq $=$ $^{\nu}$ 3 ABq : 5 μ. 2. cor. 17 & 15. 13.
MOq : erit 3 ABq $=$ 5 MOq. Sed quia FG ν. 8. 13. &
est $^{\xi}$ latus pentagoni in praedicto circulo: erit 7. 14.
5 FGq $=$ ^{o} 5 MNq $+$ 5 MOq $=$ 3 CEq $+$ 3 ξ. 16. 13.
ABq $=$ $^{\pi}$ 15 quadratis eius quae est ex centro cir- o. 10. 13.
culi circa ABCDE circumscripti. Atqui 5 FGq π. lemma praec.
$=$ $^{\rho}$ 15 quadratis eius quae est ex centro cir- ρ. 12. 13.
culi circa FGH descripti. Ergo circuli circa ABCDE, & FGH circumscripti aequales sunt. Q. E. D.

PROP. III. THEOR.



Si fuerit pentagonum aequilaterum & aequiangulum ABCDE, *& circa ipsum circulus; a centro* F *autem ad unum latus* AB *perpendicularis* FG *ducta fuerit: quod tricies sub uno latere* AB *& perpendiculari* FG *continetur superficiei dodecaedri est aequale.* Item

Si fuerit triangulum aequilaterum HKL, *& circa ipsum circulus, cuius centrum* M, *& ab eo perpendicularis* MN: *quod tricies sub* HK, MN *continetur superficiei icosaedri aequale est.*

 1. Iun-



1. Iungantur AF, FB. Quia 5 AB $\times$ FG $=$ [a] 10 $\triangle$ AFB $=$ 2 pentagonis ABCDE: erit 30 AB $\times$ FG $=$ 12 ABCDE $=$ superficiei dodecaedri.

a. 41. 1. 2. Iungantur HM, MK. Quia [a] 3 HK $\times$ MN $=$ 6 $\triangle$ HMK $=$ 2 $\triangle$ HLK: erit 30 HK $\times$ MN $=$ 20 $\triangle$ HKL $=$ superficiei Icosaedri. Q. E. D.

Coroll.

Ergo superficies dodecaedri est ad superficiem icosaedri in eadem sphaera, ut rectangulum sub latere pentagoni & perpendiculari ex centro circuli circumscripti ad illud ducta ad rectangulum sub latere trianguli & perpendiculari ex centro circuli circa triangulum descripti.

PROP. IV. THEOR.



Vt dodecaedri superficies ad superficiem icosaedri, ita est latus cubi A *ad icosaedri latus* BC.

Circulo BCD qui icosaedri triangulum, ideoque & dodecaedri pentagonum,

s. 2. 14 [s] comprehendit, inscribatur pentagoni latus CD, & trianguli CB. Ex centro

centro E ad BC, CD ducantur perpendiculares EF, EG. Producatur EG in H, & iungatur CH, quae erit latus decagoni. Hinc si EH $+$ HC extrema ac media ratione secetur: erit $^{\tau}$ EH maior portio. Sed EG $=^{\upsilon} \frac{1}{2}$ EH $+ \frac{1}{2}$ HC, & EF $=^{\varphi} \frac{1}{2}$ EH. Ergo duplae ipsius EG extrema ac media ratione sectae maior portio erit 2 EF. Sed ipsius A extrema & media ratione sectae maior portio $^{\chi}$ est CD. Quare$^{\psi}$ A : CD $=$ EG : EF; ideoque A $\times$ EF $=$ CD $\times$ EG. Est ergo A : BC $=^{\omega}$ A $\times$ EF : BC $\times$ EF $=$ CD $\times$ EG : BC $\times$ EF $=^{\alpha}$ dodecaedri superficies ad icosaedri superficiem. Q. E. D.

τ. 9. 13.
υ. 1. 14.
φ. 3. sch. 12. 13.
χ. 1. cor. 17. 13.
ψ. 7. 14.
ω. 1. 6.
α. cor. praec.

PROP. V. THEOR.



Qualibet recta linea extrema ac media ratione secta, quam rationem habet ea, quae potest quadratum totius & quadratum maioris portionis, ad eam, quae potest quadratum totius & quadratum minoris portionis, eandem habet cubi latus A *ad latus icosaedri* B.

Sit enim circulus C is, qui capit icosaedri triangulum & dodecaedri pentagonum in eadem sphaera descriptorum. Ex eius centro D ducatur vtlibet recta DE, quae extrema & media ratione secetur, vt maior eius portio sit FD. Sit G latus dodecaedri, quae $^{\beta}$ erit maior portio rectae A extrema mediaque ratione

β. 1. cor. 17. 13.

 tione



tione sectae. Et quoniam B latus trianguli icosaedri in circulo C est, erit Bq = γ 3 DEq. Sed DEq + EFq = δ 3 DFq. Ergo Bq : DEq + EFq = DEq : DFq = ε Aq : Gq, & hinc Aq : Bq = Gq : DEq + EFq. Sed quum G sit latus pentagoni dodecaedri in circulo C; & ζ DF latus decagoni in eodem: erit Gq = η DEq + DFq. Quare A : B = √ (DEq + DFq) : √ (DEq + EFq), & ergo ι, qualibet recta extrema & media ratione secta, quam rationem habet ea quae potest &c. Q. E. D.

γ. 12. 13.
δ. 4. 13.
ε. 7. 14.
ζ. sch. 9. & 5. 13.
η. 10. 13.

PROP. VI. THEOR.

Vt latus cubi ad icosaedri latus, ita est dodecaedri solidum ad solidum icosaedri.

Quia enim idem circulus pentagonum dodecaedri & triangulum icosaedri θ in eadem sphaera capit: si e centro sphaerae in planum huius circuli intelligatur ducta perpendicularis; erunt pyramides, quae pentagonum & triangulum bases habent, aeque altae. Vt ergo pentagonum ad triangulum, ita est ι dodecaedri pyramis ad pyramidem icosaedri; ac proinde vt 12 pentagona ad 20 triangula, id est vt superficies dodecaedri ad superficiem icosaedri, ita dodecaedrum est ad icosaedrum. Nam quia perpendiculares ex centro sphaerae in circulos in sphaera aequales ductae, in centra eorum circulorum incidunt, & ergo aequales sunt:

θ. 2. 14.
ι. 6. 12.

ſunt: dodecaedrum in 12, icoſaedrum in 20 aequales ᵋ pyramides, in centro ſphaerae vertices habentes, diuiditur. Eſt ergo ᶻ vt latus cubi ad icoſaedri latus, ita dodecaedrum ad icoſaedrum. Q. E. D. ζ. 4. 14.

PROP. VII. THEOR.



Si duae rectae lineae AB, CD *extrema ac media ratione ſectae fuerint: erunt maiores portiones* AE, CF *vt totae* AB, CD.

Nam quia λ $AEq = AB \times BE$, & $CFq = CD \times DF$: erit $4\,AB \times BE : AEq = 4\,CD \times DF : CFq$, & componendo μ $(AB + BE)q : AEq = (CD + DF)q : CFq$. Quare ν $AB + BE : AE = CD + DF : CF$, & componendo $2\,AB : AE = 2\,CD : CF$, & alterne $AB : CD = AE : CF$. Q. E. D. λ. 17. 6. μ. 8. 2. ν. 22. 6.

Corollar.

Dodecaedrum & icoſaedrum in eadem ſphaera eandem inter ſe rationem habent, quam, ſi recta linea extrema ac media ratione ſecetur, habet ea quae poteſt quadrata totius & maioris portionis, ad eam quae poteſt quadrata totius & minoris portionis.

EVCLIDIS ELEMENTORVM LIBER XV.

* * * * * * * * * * * * * *

PROP. I. PROBL.



In dato cubo ABCDEFGH *pyramidem describere.*

Ducantur diametri quadratorum GA, GE, GC, EA, EC, CA, quae omnes α inter se aequales sunt. Ergo triangula EGC, EAG, AGC, EAC sunt aequilatera, & aequalia. Proinde EGCA tetraedrum est, cubi angulis insistens, & ergo ipsi inscriptum β. Q. E. F.

α. 4. 1.

β. 31. def. 11.

PROP. II. PROBL.



In data pyramide ABCD *octaedrum describere.*

* Bisecentur latera tetraedri in punctis E, F, G, H, K, L. Haec puncta connectantur 12 rectis, quae omnes inter se γ aequales erunt. Quare octo triangula, quae bases habent rectas HG, GL, LE, EH & vertices K, F, aequilatera erunt & aequalia; & solidum sub ipsis com-

γ. 4. 1.

comprehensum octaedrum erit, dato tetraedro inscriptum. Q. E. F.

PROP. III. PROBL.



In dato cubo ABCDEFG *octaedrum describere.*

Sumantur [δ] quadratorum centra K, δ. 8. 4.
L, M, N, O, P. Iunctae 12 rectae ML, LN, NP &c. constituent octaedrum. Nam per P, N, O, M, ducantur lateribus quadrati AC parallelae QR, RS, ST, MQ, quae iisdem lateribus, & ergo inter se aequales erunt. (* Patet vero has rectas se mutuo tangere; quia [δ] QT, ST eandem ED, & QR, SR eandem GB, & NR, QR eandem AH &c. bisecant). Ergo anguli MQP, NRP [ε] sunt recti. ε. 10. 11.
Hinc quia MQ, QP, PR, NR, quippe aequalium TQ, QR, RS dimidia, aequantur: erit MP =[ζ] PN. Similiter ostenditur, MP, OM, ζ. 4. 1.
NK, NL & reliquas aequari. Ergo 8 triangula, quorum vertices L, K, bases latera quadrati MONP, sunt aequilatera & aequalia, & constituunt ergo octaedrum cubo inscriptum. Q. E. F.

PROP.

PROP. IV. PROBL.



In dato octaedro ABCDEF *cubum describere.*

* Latera quatuor triangulorum pyramidis BCDEA bisecentur in M, N, O, P, & iungantur MN, NO, OP, PM,
ν. 4. 1. quae aequales ν sunt inter se, & parallelae ϑ lateribus qua-
ϑ. 2. 6. ι. 14. 13. κ. 10. 11. drati ι BCDE, & proinde κ angulos rectos inter se comprehendunt. Quare MNOP est quadratum. Deinde bisectis lateribus huius quadrati in G, H, K, L, iungantur GH, HK, KL, LG,
λ. 2. sch. 13. 1. μ. 4. sch. 32. 1. quae ν sunt aequales, & angulos rectos λ comprehendunt; quia anguli, quos cum rectis MN, NO, OP, PM faciunt, semirecti μ sunt. Ergo GHKL est quadratum. Si in reliquis 5 pyramidibus octaedri eadem fiant: constituentur 5 alia quadrata ipsi GHKL aequalia, & cum ipso cubum terminantia, dato octaedro inscriptum. Q. E. F.

PROP. V. PROBL.

In dato icosaedro dodecaedrum describere.

Sit ABCDEF pyramis icosaedri, cuius basis pentagonum ABCDE. Iungantur centra circulorum, in triangulis AFB &c. inscriptorum, rectis GH, HK, KL, LM. Dico GHKLM esse



esse pentagonum dodecaedri inscribendi. Nam rectae FG, FH, FK &c. productae bisecabunt υ latera pentagoni in P, N, O &c. quia ξ bisecant angulos ad vertices F triangulorum. υ. 4. 1. ξ. 4. 3.
Iungantur PN, NO, quae proinde aequales erunt υ. Iam quia υ FP = FN = FO, ac ο FG = FH = FK : erunt GH, HK ipsis PN, NO π parallelae, ac inde erit ρ PN : GH = NF : FH = NO : HK, ideoque GH = HK. Similiter HK = KL &c. Porro quia ang. GHK σ = PNO, ac HKL = NOQ &c; ang. autem PNO = τ NOQ, quia ambo sunt complementa aequalium υ angulorum in N, O ad duos rectos: erit ang. GHK = HKL &c. Denique ex puncto sublimi F in planum ABCDE ductum intelligatur perpendiculum, & a puncto, in quo plano occurrit, ductae sint rectae ad puncta P, N, O, Q, quae cum perpendiculari angulos υ rectos facient. Illi, quae per P ducta est, parallela intelligatur alia per G, & a puncto, in quo haec dictae perpendiculari occurrit, ducantur rectae ad H, K, L, &c. Iam quia π perpendicularis illa a recta per G ducta secatur in ratione FP : FG = FN : FH = FO : FK &c : patet reliquas rectas a punctis H, K, L ad perpendicularem ductas parallelas π esse illis, quae in plano ABCDE ad eandem ductae sunt, ac ob id angulos rectos cum perpendi-

ο. 26. 1. & 4. 3. π. 2. 6. ρ. 2. sch. 4. 6. σ. 10. 11. τ. 2. sch. 13. 1. υ. 4. 11.



φ. 5. 11. pendiculari facere, & proinde[φ] in vno omnes plano esse. Vnde patet, GHKLM esse pentagonum aequilaterum & aequiangulum, ideoque, si in reliquis vndecim pyramidibus icosaedri eadem construxerimus, proditura esse 12 pentagona huiusmodi, quae constituent dodecaedrum icosaedro inscriptum. Q. E. F.

PROP. VI. PROBL.

Quinque figurarum latera & angulos inuenire.

1. Quia icosaedrum continetur 20 triangulis, & vnum triangulum 3 lateribus; singula vero latera bis sumuntur: numerus laterum erit dimidius facti ex 20 & 3, qui est 30. Similiter dodecaedri laterum numerus est dimidius facti ex 12 & 5, qui est 30. Et sic porro in cubo, & reliquis, inueniemus numerum laterum, sumentes dimidium facti ex numero planorum & numero laterum vniuscuiusque plani.

2. Numerum autem angulorum solidorum in his figuris habebimus, factum ex numero figurarum planarum & numero angulorum planorum in vnaqualibet diuidentes per numerum angulorum planorum in quolibet solido angulo. Sic in icosaedro factum ex 20 &

& 3, quod eſt 60 partientes per 5, habebimus 12 angulos ſolidos. Q. E. F.

PROP. VII. PROBL.

Planorum, quae ſingulas quinque figuras continent, inclinationem inuenire.

1. De cubo manifeſtum eſt, eius plana ad ſe inuicem recta eſſe.



2. Sit tetraedri ABCD expoſitum vnum triangulum ABD, in quo a vertice B ad latus AD ducta ſit perpendicularis BE. Si centris A, D, interuallo BE deſcribantur duo circuli, & a puncto ſectionis ad centra A, D iungantur rectae: angulus, quem continebunt, erit inclinatio planorum. Nam iungatur in altero triangulo ACD recta CE. Et
quia $^{\varkappa}$ DE $=$ EA: erit CE etiam in AD per- $\varkappa$. ſch. 3. 3.
pendicularis. Sed quia BCq $=$ ABq $=^{\psi}$ ψ. 47. 1.
AEq $+$ EBq, & EAq $<^{\omega}$ CEq: erit BCq $<$ ω. 2. ſch. 12. 13.
CEq $+$ EBq, & ergo $^{\alpha}$ ang. CEB acutus. α. 13. 2.
Quare CEB erit inclinatio $^{\beta}$ planorum tetrae- β. 6. def. 11.
dri. Hinc quum ſit CE $=$ EB, & BC $=$ AD, manifeſtum eſt, praedicta conſtructione inue-
niri angulum $^{\gamma}=$ BEC $=$ inclinationi plano- γ. 22. & 8. 1.
rum. Q. E. F.

3. A latere octaedri deſcribatur quadratum, ducatur eius diameter BD, & centris B, D interuallo perpendiculari, quae a vertice ad baſin



basin trianguli in octaedro ducitur, describantur duo circuli. Rectae a sectione circulorum ad B, D iunctae continebunt angulum aequalem complemento inclinationis ad 2 rectos. Sit enim ABCDE pyramis octaedri, & BF perpendicularis in $\triangle$o ABE. Iuncta DF erit perpendicularis in AE & = ipsi BF.

δ. 19. 1. Hinc BFq + FDq = 2 BFq [δ] < 2 ABq. Sed

ε. 12. 2. BDq [ε] = 2 ABq. Ergo BDq > BFq + FDq,

ζ. 6. def. 11. ac ob id [ζ] ang. DFB obtusus, Ergo BFD [ζ] = complemento inclinationis planorum octa-

η. 22. & 8. 1. edri ad 2 rectos. Datur [η] autem ang. BFD dicta constructione. Q. E. F.



4. A **latere** icosaedri, descripto pentagono aequilatero & aequiangulo ABCDE ducatur recta BD angulum pentagoni C subtendens, & centris B, D interuallo perpendiculari cuiusuis e triangulis icosaedri describantur duo circuli, a quorum sectione ad B, D iunctae rectae continebunt complementum inclinationis planorum ad 2 rectos. Sit enim ABCDEF pyramis icosaedri, & BG perpendicularis vnius trianguli: erit DG per-

θ. 19. 1. pendicularis proximi trianguli. Et quia BG < [θ]

ι. 21. 1. BC: erit [ι] ang. BGD > obtuso BCD, ideoque ipse obtusus. Quare BGD complementum

in-erit inclinationis planorum icosaedri. Et manifestum, est hunc angulum dari praedicta constructione. Q. E. F.



5. Exposito pentagono dodecaedri ABCDE, & iuncta recta AC, angulum pentagoni subtendente, centris A, C interuallo FG rectae a puncto F bipartitae sectionis ipsius AC in latus pentagoni parallelum ED perpendicularis describantur duo circuli, & rectae a sectione ad terminos A, C ductae comprehendent complementum inclinationis planorum dodecaedri. Nam quia[κ] AC est latus κ. 17. 13.
cubi, a quo dodecaedrum describitur: ponatur ACHK esse vnum quadratorum illius cubi. Ergo erit KH recta subtendens angulum in pentagono adiacente, quod sit EKMHD. Ex G ad ED ducatur perpendicularis GL, & iungatur FL. Et quia ED, AC sunt parallelae: erit GF in AC perpendicularis, ergo per centrum circuli pentagono ABCDE circumscripti transibit[λ], & ED bisecabit[μ] in λ. cor. 1. 3.
G. Hinc similiter GL bisecabit ipsam KH. μ. 3. 3.
Quare $FL =$[ν] $AK = AC$. Et quia per- ν. 33. 1.
pendicularis ex G in FL cadens $=$[κ] $\frac{1}{2}$ AE, & $\frac{1}{2}$ FL $= \frac{1}{2}$ AC[ξ] $> \frac{1}{2}$ AE: erit $\frac{1}{2}$ FL maior ξ. 8. 13.
perpendiculari ex G in FL ducta, & ergo angulus, quem ea cum GF continet, maior ipso GFL. Hinc quia[κ] haec perpendicularis bi-



c 4. 1.

ſecat ipſam FL, erit ang. LGF >[c] GFL + GLF, ideoque obtuſus, & ob id complementum inclinationis pentagonorum dodecaedri. Sed quia ex modo dictis eſt FG = GL, atque oſtenſa eſt FL = AC: patet, dari ang. FGL per traditam conſtructionem. Q. E. F.

FINIS

ELEMENTORVM EVCLIDIS